

## DECRETUM IV

### Hec pars<sup>1</sup> continet de observandis festivitibus et ieiuniis legitimis, de scripturis canonicis, et consuetudinibus, et celebratione concilii

<sup>1</sup> Hec pars CRPV BDF; Haec quarta pars HLM; *followed by capitulatio* M; Decreti pars quarta *Fr*

#### 1

<sup>1</sup>*Ambrosius*<sup>2</sup> in expositione epistole<sup>3</sup> ad Galatas<sup>4</sup>

Dies observatis, et menses, et tempora, et annos. Timeo ne sine causa laboraverim in vobis<sup>5</sup>. Dies ergo observant qui dicunt, ut puta, crastino proficiscendum non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari, et sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses qui cursus perscrutantur lune dicentes, ut puta, septima luna instrumenta confici non debent; nona iterum luna, ut puta emptum servum domum duci non oportet, et per hec facilius solent adversa provenire. Tempora vero sic observant cum dicunt, Hodie veris initium est, festivitas est; post cras Vulcanalia sunt. Posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt cum dicunt, Kalendis Ianuariis novus est annus quasi non quotidie anni impleantur. Sed ut Iani illius memoriam recolant bifrontis, hac superstitione utuntur, que longe debet esse a servis Dei. Si enim Deus ex toto corde diligitur, ipso propitio nulla debet esse formido, neque suspicio harum rerum. Prospere enim potest cedere, quicquid simpliciter sub Dei devotione fit.

*Quad. 4.140; BD 10. 11 ends widely variant; CSem. 2.28] Ctp 3.4.1*

<sup>1</sup> Quomodo intelligendum sit quod Apostolus ait, Dies observatis et menses, et tempora, et annos, timeo ne sine causa laboraverim in vobis. *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> episcopus *add.* PVD, *om.* CBLHM

<sup>3</sup> epist. exp. H

<sup>4</sup> in cap. IV *add.* M

<sup>5</sup> Timeo - laboraverim *here* CPBD; *in insc.* M

#### 2

<sup>1</sup>*Beatus Augustinus in libro responsionum ad Ianuarium*

In scripturis quidem veteribus ad agendum Pascha non est preceptum tempus, nisi ex mense novorum, luna quadragesima usque ad vigesimam primam. Ex evangelio tamen quia manifestum est, quo etiam die Dominus crucifixus sit, et in sepultura fuerit, et resurrexerit, adiuncta est etiam ipsorum dierum observatio, per patrum concilia, et orbi universo Christiano persuasum, eo modo Pascha celebrari oportere. quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem, et in veteribus libris ex ieiunio Moisi et Elie, et ex evangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunavit, demonstrans evangelium non dissentire a lege et prophetis. In persona quippe Moisi lex, in persona Elie prophete accipiuntur, inter quos in monte gloriosus apparuit, ut evidentius emeretur, quod de illo dicit apostolus, testimonium habens a lege et prophetis. In qua ergo parte anni congruentius observatio quadragesime constitueretur, nisi confinis atque contigua dominice passioni? Quia in ea significatur hec vita laboriosa, cui opus

<sup>1</sup> Quod Pascha et Quadragesima a veteri lege trahunt auctoritatem, et quomodo Pascha nunc celebrandum *add. as rubr.* M

est continentia, ut ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, que utique fallaciter blandiri, et illecebrarum fucos circumspargere atque iacere non cessat.

(*lib. II, c. 15*)

### 3

#### <sup>1</sup>*Omnibus ecclesiis*<sup>2</sup>

Pius papa<sup>3</sup> nonus a Petro apostolus<sup>4</sup> in primo suorum decretalium<sup>5</sup>. Nosse vos volumus, quod Pascha Domini die dominico annuis temporibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus, Hermes doctor fidei et scripture effulsit inter nos, licet nos eodem predicto die celebraremus, et quidam inde dubitarent, ad corroborandas tamen animas eorum eidem Herme angelus Domini in habitu pastoris apparuit, et precepit ei ut Pascha die dominico ab omnibus celebraretur tempore suo. Unde et vos apostolica auctoritate instruimus omnes eadem die servare debere, quia et nos eadem servamus, nec debetis a capite quoquomodo dissidere.

*Ctp 1.8.1] (De consec., dist. 3, c. Nosse vos vol.)*

<sup>1</sup> Quod Pascha Dominica die celebrandum sit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Omn. eccl. CRPBD; Pius nonus [Pius I *add. Fr*] a Petro papa (papa *before* nonus H) omnibus ecclesiis (omn. eccl. *after* decretalium H) in primo decr. suorum *as insc.* HM

<sup>3</sup> papa CPBD; *om.* M

<sup>4</sup> apost. CPBD; papa M

<sup>5</sup> suorum dec. CPBD; dec. suorum M; Pius – decr. *as rubric only* H

### 4

#### *Theophilo episcopo et fratribus Alexandrie positus*<sup>1</sup>

Victor papa XIII a Petro in primo decretali suo<sup>2</sup>. Celebritatem sancte Pasche die dominica<sup>3</sup> agi debere, et predecessores nostri iam statuerunt; et vos illud eadem die celebrare solempniter mandamus; quia non decet ut membra a capite discrepent, nec contra gerant.

*Ctp 1.12.1a] (De cons. dist. 3, c. Celebritatem.)*

<sup>1</sup> Theoph. - pos. CPDL; De eodem. Victor XIII a Petro papa Theophilo episcopo et fratribus Alexandriae positus, in primo decretali suo *as insc. and rubric* M; Victor papa xiii a Petro in primo decretali suo Theophilo – positus H

<sup>2</sup> Victor – suo *as inscr. only* H

<sup>3</sup> -ica CPBD; -ico M

### 5

#### *De solempnitate inventionis*<sup>1</sup> *sancte crucis. Eusebii pape*<sup>2</sup>

Crucis Domini nostri Iesu Christi, que nuper nobis gubernacula sancte Romane ecclesie tenentibus, quinto Nonas Maii inventa est, in predicto Kalendarum die. Inventionis festum vobis solempniter celebrare mandamus.

(*epist. 3.) Ctp 1.30.4] (De cons., dist. 3, c. Crucis.)*

<sup>1</sup> -ionis RPBDLM; -ione C

<sup>2</sup> Eus. pap. CPBDM; Eusebius pape *Fr*; cap. 4 *add.* M

## 6

*Gregorius<sup>1</sup> gratia Dei episcopus, dilectissimis suis civibus Rome. De non prohibendo opere sabbatis<sup>2</sup>*

Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines prava inter vos aliqua et sancte fidei contraria seminasse; ita ut die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi predicatorum dixerimus, qui veniens diem sabbatum atque dominicum<sup>3</sup> ab omni faciet opere custodiri<sup>4</sup>? Quia enim mori se et resurgere<sup>5</sup> simulat, haberi vult in veneratione dominicum diem. Et quia populum iudaizare compellit<sup>6</sup>, ut exteriorem ritum legis<sup>7</sup> revocet, et sibi Iudeorum perfidiam<sup>8</sup> subdat, coli vult sabbatum. Aliud quoque ad me perlatum est, vobis a perversis hominibus esse predicatum<sup>9</sup>, ut dominicorum die nullus debeat lavari. Et quidem si pro luxu animi, et pro voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus.

(lib. XI registri epist. 3) Ctp 1.55.50-51] IP 2.169 to vult Sabbatum only (De cons., dist 3, c. Pervenit.)

<sup>1</sup> Greg. CPBM; om. D

<sup>2</sup> Sabbatis PV; Sabbato B; Sabb' C; Sabbati RDHL; in Sabbato M (which has rubr. before insc.)

<sup>3</sup> sab. atque dom. CPHM; dom. atque sab. D

<sup>4</sup> fac. op. custodiri CPHM; op. fac. custodire D

<sup>5</sup> se et res. CPHM; et res. se D

<sup>6</sup> -it CP?D; -et HM

<sup>7</sup> rit. leg. CPM; leg. rit. D

<sup>8</sup> sumat vel add. D, om. CPHM

<sup>9</sup> -dicatum CPHM; -dictum D

## 7

*De his<sup>1</sup> qui<sup>2</sup> dominico die studiose ieiunant. Cap. 65<sup>3</sup>*

Qui dominico die studiose ieiunat, non credatur catholicus.

Ctp 2.18.63] (26, q. 7, c. Sacerdos.)

<sup>1</sup> his RPBDM; iis C

<sup>2</sup> in add. M, om. CPBD

<sup>3</sup> Cap. 65 CPBD (before De P). Ex concilio Carthaginensi IV, cap. 64 M

## 8

*De his qui ecclesia pretermessa ad spectacula pergunt<sup>1</sup>, cap. 88*

Qui die solempni, pretermisso ecclesie conventu ad spectacula vadit, excommunicetur.

Ctp 2.18.87] (De cons., dist. 1, c. Qui die solem)

<sup>1</sup> pergunt CPBM; vadunt D; Ibidem add. M

## 9

*Ut solempnitates maiores in civitatibus celebrentur, cap. 21<sup>1</sup>. Ex concilio Agathensi<sup>2</sup>*

Si quis etiam extra parochias in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festivitibus, ut ibi missas teneat propter fatigationem familie, iuxta ordinem permittimus. Pascha vero, Natalem Domini, Epiphaniam Domini, Ascensionem, Pentecosten, et Nativitatem sancti Iohannis

<sup>1</sup> Cap. 21 here PVBD; om. CRH; after Agat. M

<sup>2</sup> Ex conc. Ag. CPHM; om. D

Baptiste, et si qui maximi dies in festivitibus habent ut, nonnisi in civitatibus, aut in parochiis teneant. Clerici vero si qui in his festivitibus, quas supra diximus, in oratoriis, (nisi iubente aut permittente episcopo) facere aut tenere voluerint, a communione pellantur.

*Ctp 2.28.19] (De cons., dist. 1, c. Si quis)*

## 10

*De laicis<sup>1</sup> qui solemnitatibus maioribus<sup>2</sup> ad civitatem non occurrunt. Cap. 63<sup>3</sup>. Ex eodem<sup>4</sup>*

Ut cives qui superiorum solemnitatum, id est Pasche, ac<sup>5</sup> Natalis Domini vel Pentecostes festivitibus cum episcopis interesse neglexerint, in quibus civitatibus positos<sup>6</sup> se accipiende communionis, vel benedictionis desiderio noverint, qui hoc facere neglexerint<sup>7</sup>, triennio a communione priventur ecclesie.

*Ctp 2.28.62]*

<sup>1</sup> laicis CPBM; civibus D

<sup>2</sup> sol. mai. CPBM; mai. sol. D

<sup>3</sup> Cap. 63 (62 M) *after* eodem conc. DM

<sup>4</sup> conc. *add.* DM, *om.* CPB; Nullus civium festivitates maiores in villa celebret *add.* C, *cf c 12*

<sup>5</sup> ac CPBD; aut M

<sup>6</sup> pos. CPBM; *om.* D

<sup>7</sup> in quibus civ. - neglex. *in upper mg.* D<sup>1</sup>

## 11

*Ut litanie ante Ascensionem Domini celebrentur. Ex concilio Aurelianensi<sup>1</sup>, cap. 22<sup>2</sup>.*

Rogationes, id est litanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut post missam triduanum ieiunium in dominice Ascensionis solemnitate solvatur, per quod triduum servi et ancille ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat, quo triduo omnes abstineant, et quadragesimalibus cibis utantur.

*Ctp 2.29.22] (De cons., dist. 3, c. Rogationes.)*

<sup>1</sup> I *add.* M

<sup>2</sup> 22 CPD(*after* celebr.); ? B; 29 M

## 12

*Ut nullus<sup>1</sup> civium festivitates maiores in villa celebret. Cap. 20. Item ex eodem<sup>2</sup>*

Ut nulli civium Pasche, Natalis Domini, vel Quinquagesime solemnitatem in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probatur tenuisse. Irreligiosa consuetudo est quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit. Populi qui debent officia divina attendere, saltationibus turpibus invigilant, cantica non solum mala canentes, sed et religiosorum officiis perstreptentes. Hec etenim ut ab omni Hispania depellantur, sacerdotum et iudicum a concilio sancto cure committitur.

*Ctp 2.29.20 to tenuisse, Ctp 2.36.11 (C. Tol. III) from Irreligiosa] (De cons., dist. 3, c. Nulli civium.)*

<sup>1</sup> nullus CPBM; nulli D

<sup>2</sup> Cap. 20. Item ex eod. CPBH; Item ex eodem cap. 20 D; Ex eodem ca. 27 M

## 13

*De dominico<sup>1</sup> die. Ex statutis patrum*

Die autem dominica<sup>2</sup> nichil aliud agendum est, nisi Deo vacandum, nulla operatio in die illa sancta comperiat, nisi tantum himnis, et psalmis, et canticis spiritualibus dies illa transeat.

*Ctp 2.50.8]*

<sup>1</sup> -ico CPBD; -ica M

<sup>2</sup> -ica CPM; -ico D

## 14

*Ut presbiteri plebibus annuntient quot dies sunt feriandi<sup>1</sup>. Ex concilio Lugdunensi<sup>2</sup>, cap. 3<sup>3</sup>*

Item<sup>4</sup> pronuntiandum est, ut sciant tempore feriandi per annum, id est omnem dominicam a vespera usque ad vesperam, ne iudaismo capiantur. Feriandi vero per annum isti sunt dies, Natale Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis evangeliste, Innocentium, sancti Silvestri, Octave Domini et Theophania, Purificatio sancte Marie, sanctum Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, sancti Iohannis Baptiste, duodecim apostolorum, maxime sanctorum Petri et Pauli, qui mundum sua predicatione illuminaverunt, sancti Laurentii, Assumptio sancte Marie, Nativitas eiusdem, Dedicatio basilice sancti archangeli Michaelis, Dedicatio cuiuscumque oratorii, et omnium sanctorum, et sancti Martini et ille festivitates, quas singuli episcopi in suis episcopatibus cum populo collaudaverint, que vicinis tamen circummorantibus indicende sunt, non generaliter omnibus. Relique vero festivitates per annum non sunt cogende ad feriandum, nec prohibende. Indictum vero ieiunium quando fuerit denuntiatum, ab omnibus observetur.

*BD 2.77] Ctp 3.4.2 (De cons., dist. 3, c. pronuntiandum)*

<sup>1</sup> quot (quod D) - feriandi CPBD; dies qui feriandi sunt M

<sup>2</sup> conc. Lug. CPBD; Lug. conc. M

<sup>3</sup> 2 H

<sup>4</sup> Item CPBDH; *om.* M

## 15

*Ut<sup>1</sup> presbiteri cum festivitates annuntiant<sup>2</sup> vigiliarum<sup>3</sup> non obliviscantur. Ex concilio apud Compendium, cap. 1*

Item cum presbiteri<sup>4</sup> festivitates sacras populo annuntiant, etiam ieiunium vigiliarum ubi esse debeat, eos omnimodo servare moneant.

*BD 2.78]*

<sup>1</sup> *om.* H

<sup>2</sup> etiam ieiuniorum (et *add.* M) *add.* DM, *om.* CPBH

<sup>3</sup> -iarum CPM; -ie D

<sup>4</sup> cum pres. C<sup>2</sup>RPBDH; pres. cum CM

## 16

*De dominica die quomodo sit veneranda<sup>1</sup>. Ex eodem concilio cap. 2<sup>2</sup>*

Omnes dies dominicos a vespera in vesperam cum<sup>3</sup> omni veneratione et observatione decrevimus<sup>4</sup>, et ab illicito opere abstinere, et ut mercatus<sup>5</sup> in eis minime<sup>6</sup> sit<sup>7</sup>, nec placitum ubi aliquis ad mortem vel penam iudicetur, nec sacramenta iurentur, nisi pro pace facienda.

*BD 2.81] IP 2.170; cf 4.21A below*

<sup>1</sup> Dominica (-ico D) die - veneranda (-dus D) CPBDH; observatione Dominicae diei, et quod mercatus nec placitum in ea sit tenendum M

<sup>2</sup> eod. conc. cap. 2 CPBDH; concilio Magunt. I c. 37 M

<sup>3</sup> -eram cum RPBDM; -erum cum C; -eram *Fr*

<sup>4</sup> observare *add.* DM, *om.* CPBH

<sup>5</sup> *corr. fr.* -is D

<sup>6</sup> in eis min. CPBH; min. in eis DM

<sup>7</sup> *ss* D

## 17

*Item de dominica die<sup>1</sup>. Ex concilio apud sanctum Medardum presente Karolo imperatore<sup>2</sup>, cap. 5*

Statuimus quoque, secundum quod in lege Dominus mandavit, ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut genitor meus in suis sinodalibus edictis mandavit, quod nec viri ruralia exercent, nec in vinea colenda, nec in campis arando, vel metendo, vel fenum secando, vel sepem ponendo, vel in silvis stirpando, vel arbores cedere, vel in petris laborare, nec ad placita conveniant, nec mercatus fiat, nec venationes exercentur.

*BD 2.82]*

<sup>1</sup> dom. die CPD; eadem re M

<sup>2</sup> imp. CPM; rege D

## 18

*De diebus dominicis et Pentecostes<sup>1</sup>, ut in eis<sup>2</sup> stantes oremus. Ex Niceno concilio<sup>3</sup>, cap. 11<sup>4</sup>*

Quoniam sunt in die dominica quidam<sup>5</sup> ad orationem genua flectentes, et in diebus Pentecostes, propterea est utique constitutum a sancta synodo, quoniam consona et conveniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem Domino vota reddamus.

*cf BD 2.88; Ctp 2.1.20] (De cons., dist. 3, c. Quoniam sunt.)*

<sup>1</sup> -tes CPM; -ten D

<sup>2</sup> De diebus - eis CPBD; Ut in diebus Dominicis, et in diebus Pentecostes M

<sup>3</sup> I *add.* M

<sup>4</sup> 11 CPBLD; 20 M. Ex - conc. *before* De BD

<sup>5</sup> *before* in die L

**19**

*Ut uno die et tempore Pascha<sup>1</sup> celebretur<sup>2</sup>. Ex concilio Arelatensi I<sup>3</sup>, cap. 1*

De observatione Pasche Domini, ut uno die et tempore per omnem orbem, observetur, et iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

*Ctp 2.22.1j (De cons., dist. 3, c. De observ.)*

---

<sup>1</sup> ubique *add.* M

<sup>2</sup> Ut - celeb. *after* cap. 1 CRB

<sup>3</sup> conc. Arel. I CPBD; Arel. I conc. M

**20**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio apud Compendium, cap. 6*

Tria catartaria<sup>2</sup> opera licet fieri in dominica die, id est hostilicidia, carra, victualia, vel angaria, et si forte necesse sit, corpus cuiuslibet duci ad sepulcrum.

*BD 2.83j IP 2.172*

---

<sup>1</sup> De ead. re CPBD; Quae opera Dominica die liceat fieri M

<sup>2</sup> catartaria C(*over eras.*)RPBD; carraria M

**21**

*Item de eadem re<sup>1</sup>. Ex eodem<sup>2</sup> concilio, cap. 7*

Femine<sup>3</sup> opera textrilia non faciant in die dominico, non capulent vestimenta, vestitus non consuant, nec lanam carpant, non licet linum battere, aut vestimenta lavare nec verveces tondere, ut omnibus modis honor et requies die dominica persolvatur, sed ad missarum solempnia ubique conveniant, et laudent Dominum pro omnibus bonis que nobis in illa die conferre dignatus est.

*BD 2.84j*

---

<sup>1</sup> eadem re RPVD; eadem C; observatione Dominicae diei M

<sup>2</sup> eodem CPM; *om.* D

<sup>3</sup> Femine CPDM; Nemine VB

**21A (CR)**

*De eodem. Ex eodem concilio, cap. 8*

Omnes dies dominicos cum omni veneratione observare decrevimus, et ab illicito opere abstinere, et ut mercatus in eis minime fiat, nec placitum ubi aliquis ad mortem vel ad penam iudicetur, nec sacramenta iurentur nisi ad pacem.

*BD 2.85j cf 4.16 above*

**21B (CRPVBL)**

*De eadem re. Ex eodem concilio, cap. 8*

Ut<sup>1</sup> mercatus die dominico in nullo<sup>2</sup> loco habeatur.

*BD 2.86j IP 2.171*

---

<sup>1</sup> Ut RPBLM; Et C

<sup>2</sup> ullo R

## 22

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex eodem concilio<sup>2</sup>, cap. 10<sup>3</sup>*

Ut nullus episcoporum vel presbiterorum, vel clericorum die dominica propositum cuiuscumque cause negotium audeat vindicare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta solemnia peragantur.

*BD 2.87]*

<sup>1</sup> De eadem re CPBD; *om.* L; Item M

<sup>2</sup> Ex eod. conc. CPBM; Ex concilio Aurelianensi H; *om.* D

<sup>3</sup> 10 CPBH; 12 L; 8 DM

## 22A (CRPVBLH)

*Ut nullus in dominicis diebus genua flectat<sup>1</sup>. Ex concilio Niceno<sup>2</sup> 20*

Quoniam sunt quidam in die dominico genua flectentes et in diebus Pentecostes, ut omnia in diversis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio a Pascha usque in octavas Pentecostes stantes Domino vota persolvere.

*BD 2.88] cf 4.19 above*

<sup>1</sup> flectat RPVBH; fletet C

<sup>2</sup> cap. *add.* RLH

## 23

*<sup>1</sup>Augustinus ex<sup>2</sup> libro questionum evangelicarum*

Quod Dominus dicit in evangelio, Iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ostendit filios sapientie intelligere nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in equanimitate tolerandi inopiam, et temperantiam, per abundantiam non se corrumpendi atque opportune sumendi, vel non sumendi ea quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi vivendum est, neque quantum sumas multum interest, cum videamus aliorum stomachum citius saturari, et eos tamen illi ipsi parvo quo satiantur ardentem et intolerabiliter, et omnino turpiter inhiare; alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabiliter inopiam perpeti, et vel ante horam positas epulas, si id in tempore aut opus sit, aut necesse sit cum tranquillitate aspicere, neque tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque persone sue et pro sue valetudinis necessitate quis capiat, sed quanta facilitate et serenitate animi careat, cum his vel oportet vel etiam necesse est carere, ut illud in animo Christiani compleatur quod apostolus dicit, Scio et minus habere, scio et abundare, ubique et in omnibus imbutus sum et satiari et esurire, et abundare, et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.

*Ctp 3.5.1*

<sup>1</sup> Nihil interesse quantum ciborum vel potus homo sumat, sed considerandum esse qua aviditate sumat, qua etiam facilitate, et serenitate animi ut si necesse sit his careat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ex CPM; *om.* D



## 24

*Idem<sup>1</sup>. Ex libro de<sup>2</sup> doctrina Christiana*

Quisquis<sup>3</sup> autem rebus pretereuntibus restrictius<sup>4</sup> utitur, quam sese habent mores eorum cum quibus vivit, aut intemperans<sup>5</sup>, aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido<sup>6</sup> in culpa est.<sup>7</sup> Quid igitur<sup>8</sup> locis et tempori<sup>9</sup> et personis<sup>10</sup> conveniat diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest ut sine aliquo vitio cupidinis vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem fedissima gule flamma in vilissimum ardescat<sup>11</sup>, et sanius quisque<sup>12</sup> maluerit more Domini pisce vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores<sup>13</sup> nobis sunt pluresque<sup>14</sup> bestie quia<sup>15</sup> vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusmodi<sup>16</sup> rebus<sup>17</sup>, non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi, vel probandum est vel improbandum, quod facimus.

(lib. III, cap. 12) Ctp 3.5.2; IP 2.195

<sup>1</sup> Idem PBD; Item CRH; Ut unusquisque cibo et potu non superstitiose, sed temperanter utatur, et metas consuetudinis bonorum inter quos conversatur, non excedat M

<sup>2</sup> Ex libro de CBDHM; De libro PV

<sup>3</sup> Suisquis B

<sup>4</sup> restrictius CPBDM; rectius *Fr*

<sup>5</sup> aut intem- CPBH; *om.* D; aut tem- M

<sup>6</sup> utentis *add.* M, *om.* CPBDH

<sup>7</sup> (Post pauca.) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>8</sup> igitur CPBDH; ergo M

<sup>9</sup> -ori CPBD<sup>2</sup>H; -orum D; -oribus M

<sup>10</sup> et personis CPBH; et persone D; personisque M

<sup>11</sup> ard- CPBD; inard- M

<sup>12</sup> quisque CPM; quisquis D

<sup>13</sup> contin. CPM; cuncte D

<sup>14</sup> pluresque CPB; plureque VDH; plereque RM

<sup>15</sup> quia CPBD; quod M

<sup>16</sup> -cemod- CPBH; -mod- DM

<sup>17</sup> *ss* P

## 25

*Omnibus episcopis<sup>1</sup>*

Telesphorus VII a Petro in<sup>2</sup> decretali suo<sup>3</sup>. Cognoscite a nobis, et cunctis episcopis in hac sancta et apostolica sede congregatis statutum esse, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in sorte Domini vocati a carne ieiunent; quia sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, ita et in ieiunio debet fieri<sup>4</sup> discretio. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent, et himnis, et vigiliis atque<sup>5</sup> orationibus Domino inherere die noctuque studeant<sup>6</sup>.

<sup>1</sup> Omn. episc. CRP; Telesphorus omnibus episc. D; Tel. papa omn. epp. L; Telesphorus vii a Petro in decretali suo omnibus episcopis H; Ut clerici septem hebdomadas ante Pascha a carne, et aliis deliciis abstineant *add. as rubr.* M, *with* Tel. VII a Petro in primo decreto suo omnibus episcopis *as insc.*

<sup>2</sup> .i. *add.* L

<sup>3</sup> Tel. – suo *as insc. only* H

<sup>4</sup> deb. fieri CPBD; fieri deb. M

<sup>5</sup> atque CBMHD; et PV

<sup>6</sup> *corr. fr.* -ent D

*Ctp 1.6.1] IP 2.174; (Dist. 4, c. Statuimus.)*

## 26

### *De ieiunio Quatuor Temporum. Benedicto episcopo<sup>1</sup>*

Calixtus papa et martyr XV a Petro Benedicto fratri suo et coepiscopo salutem<sup>2</sup>. Ieiunium quod ter in anno apud nos celebrari didicisti, convenientius nunc per Quatuor Tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic et nos quaternum solempne agamus ieiunium, per anni quatuor<sup>3</sup> tempora.

*Ctp 1.14.1] IP 2.175; (Dist. 76, c. Ieiunium.)*

<sup>1</sup> Ben. ep. CPBD; Calixtus papa et mart. xv a Petro Benedicto episcopo *as insc.* H; Calixtus papa et martyr XV, a Petro Benedicto fratri suo et coepiscopo salutem *as insc.* M

<sup>2</sup> Cal. – sal. *as insc. only* H

<sup>3</sup> anni quat. CPBH; quat. anni DM

## 27

### *Ad episcopos Hispaniarum<sup>1</sup> Melchiades papa XXVIII<sup>2</sup> a Petro, in primo decretali<sup>3</sup> suo. Dominica die non esse ieiunandum<sup>4</sup>*

Ieiunium<sup>5</sup> dominici<sup>6</sup> diei, et quinte ferie nemo celebrare debet<sup>7</sup>, ut inter ieiunium Christianorum et gentilium, et veraciter credentium et infidelium atque<sup>8</sup> hereticorum vera et non falsa discretio habeatur.

*(cap. 3) Ctp 1.31.3] IP 2.176; (De cons., dist. 3, c. Ieiunium Dominice.)*

<sup>1</sup> ad epp. Hisp. CPBDL; episcopis Hisp. *after* dec. suo M

<sup>2</sup> xxviii CPHLM; xxix D

<sup>3</sup> decretali CPBHD; decreto M

<sup>4</sup> *rubr. before insc.* M

<sup>5</sup> Iei. *after diei* L

<sup>6</sup> -ici CPHD; -icae M

<sup>7</sup> cel. deb. CPHD; deb. cel. M

<sup>8</sup> *ss* D

## 28

### *Innocentius<sup>1</sup> Decentio Egubino<sup>2</sup>. Quod rite omni sabbato ieiunetur<sup>3</sup>, cap. 4*

Sabbato vero ieiunandum esse ratio evidentissima<sup>4</sup> demonstrat. Nam si diem dominicum, ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos hebdomadarum dies<sup>5</sup>, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sicut sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum pretermittere non debemus, quia inter tristitiam et letitiam temporis illius videtur inclusus<sup>6</sup>. Nam utique constat apostolos biduo isto<sup>7</sup> et in merore fuisse, et propter metum Iudeorum se occuluisse. Quod utique non dubium est in tantum eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesie habeat, isto<sup>8</sup> biduo sacramenta penitus

<sup>1</sup> papa *add.* H; I *add.* M

<sup>2</sup> Egubino CPBD; Eugubino episcopo M

<sup>3</sup> Quod rite - ieiun. *before* Innoc. M

<sup>4</sup> -ima PVBDM; -ime CRH

<sup>5</sup> hebd. dies CPBD; circulos hebd. M

<sup>6</sup> -sus CPBD; -sum M

<sup>7</sup> bid. isto CPHM; isto bid. D

<sup>8</sup> isto CPHM; ista D

non celebrari. Que forma utique<sup>9</sup> per singulas tenenda est hebdomadas, propter id quod<sup>10</sup> commemoratio diei illius<sup>11</sup> semper est celebranda. Quod si putant semel atque uno sabbato ieiunandum, ergo et dominicum<sup>12</sup> et sexta feria semel in Pascha erit utique<sup>13</sup> celebrandum.

*Ctp 1.38.3] IP 2.177 (De cons., dist. 3, c. Sabbato.)*

<sup>9</sup> forma ut. CPBD; ut. forma M

<sup>10</sup> quod CPDFr; om. M

<sup>11</sup> diei ill. CPBD; ill. diei M

<sup>12</sup> -icum CPBD; -ica M

<sup>13</sup> utique CPHM; om. D

## 29

*Gregorius<sup>1</sup> ad Augustinum<sup>2</sup>. De quadragesima<sup>3</sup>, episcopo Anglorum<sup>4</sup>*

Denique sacerdotes, et diaconi, et reliqui<sup>5</sup> quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, a Quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quo et aliquid ad pensum sancte institutionis adiciant, et eorum qui in laicali ordine consistunt observantiam, sicut loco ita et religione precellant. De ipsa vero dominica die hesitamus quidnam dicendum sit, cum omnes laici et seculares illa die plus solito ceteris diebus accuratius cibos carniū appetant, et nisi nova quadam aviditate usque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sancti temporis observationem suscipere putant. Quod utique non rationi sed voluptati, imo cuidam cecitati mentis ascribendum est. Unde nec a tali consuetudine averti possunt, et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur, ut enim ait Salomon, Qui multum emungit, elicit sanguinem. Et post pauca. Par autem est, ut qui his diebus a carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque que sementivam carnis trahunt originem, ieiunemus, a lacte videlicet, caseo et ovis. Et post pauca. Ceterum piscium esus ita Christiano relinquitur, ut hic ei infirmitatis solatium, non luxurie pariat incendium. Dumque a carne abstinet, nequaquam sibi sumptuosiora marinarum belluarum convivia paret. Vinum vero ita bibere permittimur, ut ebrietatem per omnia fugiamus. Alioquin restat, ut omnia que corpori libent similiter faciamus.

*Ctp 1.55.69] (Dist. 4, c. Denique sacerdotes.)*

<sup>1</sup> papa add. L

<sup>2</sup> ad Aug. CPBDLH; Augustino M

<sup>3</sup> as here CP; De quad. before Greg. MB, after Greg. D

<sup>4</sup> ep. Angl. CPB; episcopum Anglorum D, after Augustinum RLH; Angl. ep. M

<sup>5</sup> omnes add. M, om. CPBD

## 30

*De concilio Gangrensi post Nicenum<sup>1</sup>. De his qui carnem manducantes dampnant, cap. 2<sup>2</sup>*

Si quis carnem manducantem ex fide cum religione preter sanguinem, et idolis immolatum, et suffocatum, crediderit condempnandum, tanquam spem non habentem, quod eas manducat, anathema sit.

*Ctp 2.4.2] (Dist. 30, c. Si quis carnem.)*

<sup>1</sup> De - Nic. CPD; Ex Gangrensi concilio after damnant M

<sup>2</sup> cap. 2 CPM; om. D

## 31

*De temporibus ieiuniorum. Ex concilio Eliberitano<sup>1</sup>, cap. 23*

Ieiunia super<sup>2</sup> abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus<sup>3</sup> duorum mensium, Iulio et Augusto<sup>4</sup> ob eorundem infirmitatem.

IP 2.178

<sup>1</sup> conc. El. CPBD; El. conc. M

<sup>2</sup> super CPBHD; seu M

<sup>3</sup> in upper mg. D

<sup>4</sup> et add. D, et hoc add. M, om. CPH

## 32

*<sup>1</sup>Ex dictis sancti Apollonii*

Ieiunia sane<sup>2</sup> legitima, id est quarta et sexta feria, non sunt solvenda, nisi grandis aliqua necessitas fuerit<sup>3</sup>, quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitaverit<sup>4</sup>, et sexta feria crucifixus est Salvator. Videbitur ergo qui in his diebus sine aliqua necessitate solverit<sup>5</sup> statuta ieiunia, vel cum tradente tradere Salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere.

(apud Palladium in eius Vita) Ctp 2.50.7] IP 2.179 (De cons., dist. 3, Ieiunia sane.)

<sup>1</sup> Ieiunia quarta et sexta feria nisi ex magna necessitate non esse solvenda add. as rubr. M

<sup>2</sup> sane CPLD; vero M

<sup>3</sup> nec. fu. CPM; fu. nec. D

<sup>4</sup> -erit CPBD; -it M

<sup>5</sup> sine aliq. nec. solv. CPM; solv. nisi magna nec. D

## 33

*Ex concilio<sup>1</sup> Salegonstat<sup>2</sup> habito<sup>3</sup>. De custodiendo ieiunio<sup>4</sup>*

De incerto autem ieiunio Quatuor Temporum, hanc certitudinem statuimus, ut si Kalendas<sup>5</sup> Martii in quarta feria sive antea evenerit, eadem hebdomada celebretur. Sin autem Kalendas<sup>6</sup> Martii in quinta feria aut in sexta feria<sup>7</sup>, aut in sabbato<sup>8</sup> distenduntur<sup>9</sup>, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo si Kalendas<sup>10</sup> Iunii in quarta feria aut antea evenerit<sup>11</sup>, in subsequente<sup>12</sup> hebdomada celebretur ieiunium. Et si in quinta, aut in<sup>13</sup> sexta feria aut<sup>14</sup> sabbato contigerit, ieiunium in tertiam hebdomadam reservetur. Et hoc sciendum est<sup>15</sup> quod si quando ieiunium mensis Iunii in vigilia Pentecostes<sup>16</sup> secundum predictam regulam evenerit,

<sup>1</sup> apud add. M

<sup>2</sup> Salegonstat CPHD; Salengonstat B; Salegonstath. LM

<sup>3</sup> cap. 2 add. M, om. CPD

<sup>4</sup> rubr. before insc. M

<sup>5</sup> -as CR; -is M; Kal' PVD; K' B

<sup>6</sup> -as CR; -ae M; Kal' PVD

<sup>7</sup> quinta - feria CPBLH; quinta feria aut in sexta fuerit D; sexta feria, aut in quinta fuerint M

<sup>8</sup> -ato R<sup>2</sup>VBM; -atum CHD; Sab' P

<sup>9</sup> distenduntur CPBM; descendunt D

<sup>10</sup> -as C; in Kalendis P; Kl' RVD; -ae M

<sup>11</sup> -it CPBD; -int M

<sup>12</sup> -ente CPBM; -enti D

<sup>13</sup> in CPB; om. DM

<sup>14</sup> in sexta feria aut CPBH; feria D; in sexta feria vel M

<sup>15</sup> hoc sc. est CPBM; sc. est hoc D

<sup>16</sup> -tes CPM; -ten D

non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solempni Pentecostes<sup>17</sup>, quia vigiliam similiter et ieiunium celebrare non convenit<sup>18</sup>, et tunc propter solempnitatem Spiritus sancti diacones<sup>19</sup> dalmaticis induantur, et Alleluia cantetur, et Flectamus genua non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est ut, si Kalendas<sup>20</sup> Septembris in quarta feria evenerit<sup>21</sup> aut antea, ieiunium in tertia hebdomada celebretur; et si in quinta, aut in<sup>22</sup> sexta<sup>23</sup>, aut<sup>24</sup> sabbato<sup>25</sup> contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri vero illud observandum erit, ut<sup>26</sup> proximo sabbato ante vigiliam Natalis Domini celebretur ieiunium, quia si vigilia in sabbato<sup>27</sup> evenerit, similiter vigilia<sup>28</sup> et ieiunium celebrare non convenit.

*BD Suppl. c. 2] Ctp 3.5.3; IP 2.181*

<sup>17</sup> -tes CPM; -ten D

<sup>18</sup> -nit CPBM; -niat D

<sup>19</sup> -nes CPBM; -ni D

<sup>20</sup> -as C; KI' PVD; -ae M

<sup>21</sup> -erit CPBD; -erint M

<sup>22</sup> in CVBDM; *om.* P

<sup>23</sup> feria *add.* M, *om.* CPBD

<sup>24</sup> in *add.* BD, *om.* CPHM

<sup>25</sup> evenerit vel *add.* D, *om.* CPHM

<sup>26</sup> si *add.* D, *om.* CPM

<sup>27</sup> ante vig. Nat. - sabb. CPM; *om.* D

<sup>28</sup> sim. vig. CPBL; simul vigiliam DM

### 34

#### *De observatione quadragesime. Ex epistola Gregorii pape<sup>1</sup>*

Quadragesima summa observatione est<sup>2</sup> observanda, ut ieiunium in ea preter dies dominicos qui de abstinentia subtracti sunt, nisi quem infirmitas impenderit, nullatenus solvatur, quia ipsi dies decime sunt anni. A prima igitur dominica quadragesime, usque in Pascha Domini sex<sup>3</sup> hebdomade computantur, quarum videlicet dies quadraginta duo fiunt<sup>4</sup>. Ex quibus dum sex dies dominici<sup>5</sup> abstinentie subtrahuntur<sup>6</sup>, non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent. Verbi gratia, Si per trecentos sexaginta quinque dies annus ducitur<sup>7</sup>, et nos per triginta sex dies affligimur<sup>8</sup>, quasi anni decimas Deo damus; et ut sacer numerus quadraginta dierum adimpleatur<sup>9</sup>, quem Salvator noster suo sacro ieiunio consecravit<sup>10</sup>, quatuor dies prioris hebdomade ad supplementum quadraginta dierum tolluntur, id est quarta feria, que caput ieiunii subnotatur et<sup>11</sup> quinta feria sequens<sup>12</sup> et sexta, et sabbatum. Nisi quatuor istos dies superioribus triginta et sex adiunxerimus, quadraginta dies in abstinentiam<sup>13</sup> non habemus. Iubemur etiam ab omnipotente Deo omnium bonorum

<sup>1</sup> liber quadraginta homiliarum, homil. 16 *add.* M

<sup>2</sup> est CPBM; *om.* D

<sup>3</sup> sex CPBM; vii D

<sup>4</sup> fiunt CPBM; sunt D; *om.* Fr

<sup>5</sup> dies dom. CPB; dom. dies DM

<sup>6</sup> dies dom. abst. subt. CPBH; dom. dies abst. sub. D; dom. dies subt. abst. M

<sup>7</sup> duc- CPBDM; dic- Fr

<sup>8</sup> dies affl. CPM; affl. dies D

<sup>9</sup> sacro ieiunio *add.* D, *om.* CPM

<sup>10</sup> sac. iei. cons. *in mg.* D

<sup>11</sup> et CPBDM; *om.* Fr

<sup>12</sup> seq. PV(*after* sexta)BDM; *om.* CRH

<sup>13</sup> -iam CPB; -ia DM

nostrorum decimas dare. Quapropter ut omnis decima a nobis Deo rite<sup>14</sup> persolvatur, tollamus decimam anni, et in ea peccata nostra confitendo, corrigendo nos, ieiunando, vigilando, orando, elemosinas dando abstergamus, et carnem nostram decimemus<sup>15</sup>, ut ad sanctum Pascha securi pervenire possimus.

*BD 13.1] IP 2.182 (De cons., dist. 5, c. Quadragesima.)*

<sup>14</sup> Deo rite CPM; rite Deo D

<sup>15</sup> *corr. fr.* -amus D

### 34A (F<sup>2</sup> mg.)

*cp. xxiii. Ex decretis Urbani pape II. Cap. xviii*

Ut ieiunium verni temporis in i. ebdomada fiat xl<sup>me</sup> sive sit in Februario sive in Martio, et ieiunium estivi temporis in ebd<sup>7</sup> Pentecostes

### 34B (F<sup>2</sup> mg.)

*cp. xxv. Ex dec' Urb' pape II. Cap. xvii*

Ut nemo post acceptos cineres in capite ieiunii carnem comedat.

## 35

*De ieiunio Quatuor Temporum<sup>1</sup>. Ex concilio Magontiensi cap. 2<sup>2</sup>*

Constituimus ut Quatuor Tempora anni ab omnibus hominibus cum ieiunio observentur, id est in Martio hebdomada prima, in Iunio secunda, in Septembri tertia, in Decembri quarta, que fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini; id est feria<sup>3</sup> quarta et sexta<sup>4</sup> et sabbato, veniant omnes ad ecclesiam hora nona, cum litanis ad missarum solempnia.

*BD 13.2] IP 2.180*

<sup>1</sup> iei. Q. Temp. CPBD; Quat. T. iei. M

<sup>2</sup> conc. - 2 CPBDH; Magont. concilio I, cap. 34 M

<sup>3</sup> feria CPBD; *om.* M

<sup>4</sup> feria *add.* M, *om.* CPBD

## 36

*Quo tempore ad missam flectamus genua<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi<sup>2</sup>, cap. 13*

Ut presbyteri plebibus annuntient, quod in quadragesima, et in ieiunio Quatuor Temporum tantummodo ad missarum solempnia genua flectere debeant. In dominicis econtra<sup>3</sup> diebus, vel ceteris festis<sup>4</sup> a vespera usque ad vesperum<sup>5</sup> non<sup>6</sup> flectant genua<sup>7</sup>, sed stantes incurvati orent, nec quisquam uno genu solo tenus impresso<sup>8</sup>, orare presumat (sicut Iudei irridentes Dominum in passione eius fecisse leguntur), sed utraque genua in terram ponat. Ait enim apostolus, Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi.

*BD 13.3] IP 2.173 from In Dominicis - orent, 2.183 as here (Dist. 30, c. Placuit, et c. Si quis presbyter.)*

<sup>1</sup> fl. gen. CPD; dicendum est Flectamus genua LH; pronuntiandum sit, Flectamus genua M

<sup>2</sup> conc. Aur. CPD; Aur. conc. M

<sup>3</sup> econtra CPD; contra M

<sup>4</sup> festis CPM; *om.* D

<sup>5</sup> -um CRP; -am HDM

<sup>6</sup> non CPM; nec D

<sup>7</sup> festis *add.* D, *om.* CPM

<sup>8</sup> impresso CV<sup>2</sup>BDHM; vel presso P; impresso V

## 37

*De illis qui indictum ieiunium contempserint*<sup>1</sup>. *Ex concilio Maguntiensi, cap. 5*<sup>2</sup>

Si quis indictum ieiunium superbiendo contempserit, et observare cum ceteris Christianis noluerit, in Gangrensi concilio precipitur, ut<sup>3</sup> anathematizetur.

*BD 13.4]*

---

<sup>1</sup> iei. cont. CPBD; cont. iei. M

<sup>2</sup> cap. 5 CPB; Ex - 5 om. D; I cap. 35 M

<sup>3</sup> ut CVBDM; aut P

## 38

*De eadem re. Ex concilio Gangrensi, cap. 19*

Si quis eorum qui continentie student absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita<sup>1</sup> superbiendo dissolvit, stimulo sue cogitationis impulsus, anathema sit.

*BD 13.5] (Dist. 30, c. Si quis.)*

---

<sup>1</sup> cust. CPBD; constituta M

## 39

*De litania maiore*<sup>1</sup> *quomodo observanda*<sup>2</sup> *sit. Ex concilio Magontiensi, cap. 6*<sup>3</sup>

Placuit nobis<sup>4</sup> ut litania maior observanda sit a cunctis Christianis uno die, septimo Kalendarum Maii, sicut in Romana ecclesia constitutum reperimus, et sicut sancti patres nostri instituerunt, non equitando, non pretiosis vestibus induti, sed cinere aspersi et cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.

*BD 13.6*

---

<sup>1</sup> -ore CPM; -ori D

<sup>2</sup> observanda CPBD; celebranda M

<sup>3</sup> 6 CPHLD; 33 M

<sup>4</sup> ss C<sup>2</sup>; om. L

## 40

*De ieiunio rogationum. Ex concilio Aurelianensi*<sup>1</sup>, *cap. 6*

Cum<sup>2</sup> exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec illius flagelli aliquod remedium invenire possent, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt ut triduanum ieiunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annue celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus et nos hos dies cum summa reverentia et devotione, cum abstinencia carnis et humilitate mentis et cordis, ut non solum visibilium luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilium, id est spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco et cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates et comessationes, que fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare presumat, sed discalceatis pedibus omnes incedant. Nequaquam muliercule choros ducant, sed

---

<sup>1</sup> conc. Aur. CPBD; Aur. conc. M

<sup>2</sup> Cum PVBD; Dum CR; Quum M

omnes in commune Kyrie eleison decantent, et cum contritione cordis<sup>3</sup> Dei misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conservatione frugum, et pro ceteris necessitatibus, dies enim sunt abstinentie, non letitie.

*(Eadem Burchard. lib. XIII, c. 7.) BD 13.7]*

<sup>3</sup> in mg. D

#### 41

*Ut in Cena Domini, et in reliquis quadragesime diebus<sup>1</sup> ieiunium non solvatur. Ex concilio Laodicensi<sup>2</sup>, cap. 50*

Quod non oporteat in quadragesima in ultima septimana quinte ferie ieiunium solvere, totamque quadragesimam sine veneratione transire, magisque omnem districto venerari ieiunio.

*BD 13.8]*

<sup>1</sup> quad. diebus CHM; quad. P; diebus quad. BD

<sup>2</sup> conc. Laod. CPBD; Laod. conc. M

#### 42

*Ut in sabbato sancto, ieiunium<sup>1</sup> ante noctis initium non solvatur<sup>2</sup>. Ex concilio Arausico<sup>3</sup>, cap. 2*

Ut<sup>4</sup> in sabbato sancto<sup>5</sup>, hoc est in vigilia Pasche, ieiunium ante noctis initium, nisi a parvulis aut infirmis non solvatur. Parasceve, et sabbatum ad illos quadraginta dies respiciunt, nec divina misteria his duobus diebus celebrentur. In canonibus quippe iubetur, biduo isto, id est Parasceve et sabbato, sacramenta penitus non celebrari.

*(Idem habetur l. VII capitularis regum, c. 328.) BD 13.9]*

<sup>1</sup> iei. PVBDM; om. CRH

<sup>2</sup> ieiunium add. CRH, om. PVBDM

<sup>3</sup> conc. Ar. CPBD; Ar. conc. M

<sup>4</sup> Ut RPVDM; Et CB

<sup>5</sup> sab. sancto CPM; sancto sab. D

#### 43

*Quod non oporteat in quadragesima natalitia sanctorum celebrari. Ex concilio Laodicensi<sup>1</sup>, cap. 51*

Quod non oporteat<sup>2</sup> in quadragesima natalitia martirum celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum et dominicorum fieri conveniat.

*BD 13.10] (33, q. 4, c. Non licet.)*

<sup>1</sup> Ex conc. Laod. CPD; E Laod. conc. M

<sup>2</sup> -eat CPBD; -et M



## 44

*Quod in diebus ieiunii elemosina sit facienda. Ex concilio Cabilonensi<sup>1</sup>, cap. 5<sup>2</sup>*

Diebus vero ieiunii elemosina facienda est, et cibum sive potum quo quisque uti debuit, si ieiunaverit, pauperibus eroget, quia ieiunare et cibos prandii ad cenam reservare, non mercedis sed ciborum est incrementum.

*BD 13.11] IP 2.190*

---

<sup>1</sup> conc. Cab. CPBD; Cab. conc. M

<sup>2</sup> cap. 5 CPHM; cap. c v D

## 45

*Ut in quadragesima tempus prandii observetur. Ex<sup>1</sup> concilio Cabilonensi, cap. 5*

Solent plures qui se ieiunare putant in quadragesima mox ut signum audierint, ad horam nonam manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducaverint quam vespertinum celebretur officium. Concurrentum est enim<sup>2</sup> ad missam, et auditis missarum solempnibus et vespertinis officiis, largitis elemosinis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, ut ad missam venire non valeat<sup>3</sup> estimata vespertina hora, completa oratione sua, ieiunium solvat<sup>4</sup>.

*BD 13.12] Ctp 3.5.4; IP 2.184 (De cons., dist. 1, c. Solent.)*

---

<sup>1</sup> eodem *add.* M

<sup>2</sup> est enim CPM; enim est D

<sup>3</sup> -eat CPM; -uerit D

<sup>4</sup> *corr. fr.* -it D

## 46

*Quod in diebus ieiuniorum nulla iurgia esse debeant. Ex concilio Liberii pape, cap. 4*

In his ieiuniorum diebus nulle lites, nulle contentiones esse debent, sed in Dei laudibus, et opere necessario persistendum. Arguit eos qui contentiones et lites quadragesime tempore faciunt, et qui debita a debitoribus exigunt Dominus per prophetam dicens, Ecce in die ieiunii vestri inveniuntur voluntates vestre, et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis, et percutitis pugno impie.

*BD 13.13]*

## 47

*Ut in illis sacris<sup>1</sup> diebus ieiuniorum<sup>2</sup> coniugati a<sup>3</sup> coniugibus<sup>4</sup> se abstinere debeant<sup>5</sup>.*

*Item eiusdem<sup>6</sup>, cap 5*

Abstinentum est enim sacratissimis quadragesime diebus a coniugibus, et caste et pie vivendo in sanctificato corde et corpore isti dies transigantur, et sic perveniatur ad diem sanctum Pasche; quia pene nichil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, et quod orationes, vigilie et elemosine non commendant.

*BD 13.14]*

---

<sup>1</sup> illis sacris CPL; illis D; sacris M

<sup>2</sup> diebus iei. CPD; quadragesimae diebus M

<sup>3</sup> a CPM; *om.* D

<sup>4</sup> -gibus CPD; -gio M

<sup>5</sup> abst. deb. CPD; abstineant M

<sup>6</sup> It. eiusd. CPBD; Ex eodem M

## 48

*De his qui in clero sunt et carniū esum habuerint exosum<sup>1</sup>. Ex concilio Ancirano<sup>2</sup>,  
cap. 13*

Si qui in clero sunt presbiteri aut diaconi, et a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, et ita si voluerint abstinere. Quod si in tantum eas abominantur, ut nec olera, que cum eis coquuntur existiment comedenda, tanquam non consentientes regule, ab ordine cessare debent.

*BD 13.15]*

---

<sup>1</sup> De - esum (sunt *add.* D) hab. exosum CPBD; Ut clerici qui a carnibus abstinent, non eas quasi abominales reputent M

<sup>2</sup> conc. Anc. CPBD; Anc. conc. M

## 49

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex decretis Eusebii pape, cap. 10<sup>2</sup>*

Ut in ecclesia a sacerdotibus ieiunia constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

*BD 13.17] (De cons., dist. 5, c. Ieiunia.)*

---

<sup>1</sup> De eadem re (ss D) CPBD; Ut ieiunia a sacerdotibus constituta non facile solvantur M

<sup>2</sup> 10 CPBHD; 3 M

## 50

*De hoc, si evenerit pestilentia vel<sup>1</sup> inequalitas eris. Ex decretis Liberii pape<sup>2</sup>, cap. 2*

Si evenerit fames, aut pestilentia, aut inequalitas eris, vel alia qualiscumque tribulatio, statim ieiuniis et elemosinis, et obsecrationibus misericordia Domini<sup>3</sup> deprecetur.

*(ex decreto Liberii pape) BD 13.18]*

---

<sup>1</sup> pest. vel CPM; pestilentialis D

<sup>2</sup> Ex - pape CPBD; Ibidem M

<sup>3</sup> mis. Dom. CPM; Dom. mis. D

## 51

*Ut nullus in die dominica<sup>1</sup> pro abstinentia ieiunet. Ex concilio Gangrensi<sup>2</sup>, cap. 18<sup>3</sup>*

Si quis propter continentiam<sup>4</sup> que putatur aut propter contumaciam<sup>5</sup> in die dominica ieiunat, anathema sit.

*BD 13.19] (Dist. 30, c. Si quis tanquam.)*

---

<sup>1</sup> die Dominica CPD; Dominica die B; die Dominico M

<sup>2</sup> conc. Gang. CPBD; Gang. conc. M

<sup>3</sup> 18 CPBD; 13 M

<sup>4</sup> cont. CPHM; penitentia D

<sup>5</sup> contumaciam CPHM; continentiam D

## 52

*De eadem re. Ex concilio Turonico<sup>1</sup>, cap. 57*

Si quis propter publicam penitentiam a sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate die dominica velut pro quadam religione ieiunaverit, sicut<sup>2</sup> Manichei, anathema sit.

*BD 13.20J (Dist. 30, c. Si quis presbyter.)*

<sup>1</sup> conc. Tur. CPBD; Tur. conc. M

<sup>2</sup> sicut CPM; velut D

## 53

*Ut placita secularia in diebus dominicis et in<sup>1</sup> precipuis festivitibus et in diebus ieiuniorum<sup>2</sup> non fiant. Ex concilio apud Erphesfur<sup>3</sup> habito, cap. 2<sup>4</sup> iussu Henrici regis<sup>5</sup>*

Placita secularia dominicis diebus, vel aliis<sup>6</sup> precipuis festis, seu etiam in his diebus in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decrevimus. Insuper sancta synodus decrevit, ut nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id est septem dies ante Natale Domini usque in octavas Epiphanie, et a Quinquagesima usque in octavam Pasche, et septem dies ante natalem sancti Iohannis Baptiste, quatenus eundi ad ecclesiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas.

*BD 13.21J Ctp 3.5.5 (15, q. 4, cap. Placita.)*

<sup>1</sup> in CPD; aliis M

<sup>2</sup> et in diebus iei. CPD; om. M

<sup>3</sup> Erphesfur C; Ephesfur R; Erphessur P; Heresford D; Efesphur H; Erfphord M; Erphord Fr

<sup>4</sup> cap. 2 after regis RM

<sup>5</sup> regis CRPBM; gloriosi regis Anglie D

<sup>6</sup> aliis CPM; quibuslibet D

## 54

*Ut ieiunia absque cibo luxurie observari debeant. Ex dictis Ieronimi<sup>1</sup>*

Non dico hebdomadas, non dico ieiunia duplicata<sup>2</sup>, sed saltem singulos dies absque ciborum luxuria transigamus.

*BD 13.22] (De cons., dist. 5, c. Non dico.)*

<sup>1</sup> Ut - debeant. Ex - Ier. (presbiteri add. D) CPD; Quod ieiunia a sacerdotibus constituta, absque ciborum luxuria observari debeant. August. sermone 65 M

<sup>2</sup> dico iei. dupl. CPD; duplicata, non multiplicata ieiunia M

## 55

*Ut quotidianum ieiunium non sit sine refectioe aliqua<sup>1</sup>. Ex dictis Pimenii<sup>2</sup> eremite*

Sint tibi quotidiana ieiunia et refectio satietatem fugiens. Nichil<sup>3</sup> enim prodest tibi biduo vel<sup>4</sup> triduo transmissio vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si

<sup>1</sup> ref. al. CRP; al. ref. DM

<sup>2</sup> Penenii after corr. D

<sup>3</sup> [quid] add. Fr

<sup>4</sup> vel CBDM; aut PV

compensantur saturitate ieiunia. Ilico mens repleta<sup>5</sup> torpescit, et irrigata terra corporis huius spinas et carduos germinat.

(*Leguntur hec in epist. Hieron. ad Eustochium de custodia virginitatis* BD 13.23] IP 2.185 (*De cons., dist. 5, c. Sint. tibi quotidiana.*)

---

<sup>5</sup> repleta CPM; erecta D

## 56

*De eadem re. Item idem<sup>1</sup>*

Sint tibi ieiunia pura, continua moderataque<sup>2</sup>, id est quotidie esurire, et quotidie prandere.

BD 13.24] IP 2.186

---

<sup>1</sup> Item idem CRP; Item ibi D; Hieronym. ad Nepotia. De vita clericorum M

<sup>2</sup> cont. mod. CPBD; continuata et moderata M

## 57

*Quod ieiunium curet vulnera delinquentis<sup>1</sup>. Ex dictis apostoli Pauli<sup>2</sup>*

Noli<sup>3</sup> adhuc aquam bibere, sed modico utere vino<sup>4</sup> propter<sup>5</sup> infirmitates tuas.

Curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium.

BD 13.25]

---

<sup>1</sup> del- CPDM; rel- Fr

<sup>2</sup> dictis ap. Pauli CPD; eodem loco M

<sup>3</sup> inquit Apostolus *add.* M

<sup>4</sup> utere vino CPVB; vino utere RDM

<sup>5</sup> frequentes *add.* D, *om.* CPM

## 58

*De quodam Alcibiade, qui sibi grave iugum ieiunii<sup>1</sup> imposuerat<sup>2</sup>. Eusebius in ecclesiastica historia dicit<sup>3</sup>*

Alcibiades quidam erat ex numero eorum, qui pro Christo vincti<sup>4</sup> tenebantur. Hic vitam satis arduam et austeram gerebat, nichil ciborum volens accipere, sed tantum pane et sale cum aqua utebatur. Cum vite hunc rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo cuidam servo Dei revelatum est, quia non recte faceret Alcibiades creaturis Dei, et vellet aliis formam scandali derelinquere. Quibus cognitis Alcibiades<sup>5</sup>, cepit omnia cum gratiarum actione percipere, quia que illi revelabat spiritus ut doceret, huic<sup>6</sup> ut sequeretur idem spiritus persuadebat.

BD 13.26]

---

<sup>1</sup> iug. iei. CP; <iug.> iei. D; iei. iug. M

<sup>2</sup> et admonitus est a Domino, quod non recte faceret *add.* M

<sup>3</sup> in eccl. hist. dicit CPBD; ecclesiasticae historiae libro 5, cap. 3 M

<sup>4</sup> [sunt] *add.* M

<sup>5</sup> -bi- ss D

<sup>6</sup> huic CPM; hinc D

## 59

*De eo qui<sup>1</sup> sub obtentu religionis sine iussu episcopi sui vel presbiteri<sup>2</sup> ieiunium sibi<sup>3</sup> imponit<sup>4</sup>. Ex concilio apud Erphesfur<sup>5</sup> habito<sup>6</sup>, cui interfuit Henricus rex<sup>7</sup>*

Ut nemo nisi consentiente episcopo proprio, aut eius misso, ieiunia sub obtentu religionis sibi imponat, unum pre aliis diem excipiendo, omnino interdicimus, quod et factum displicet, et in futurum fieri prohibemus, quia plus causa ariolandi esse dignoscitur, quam supplementum catholice legis.

*BD 13.27]*

<sup>1</sup> De eo qui CPBDH; Ne aliquis sibi M

<sup>2</sup> sui vel pres. CPM; vel pres. sui D

<sup>3</sup> sibi CPBD; *om.* M

<sup>4</sup> -it CPD; -at M

<sup>5</sup> -esfur CR; -erfur P; -essur V; Esphersur B; Herbesford D; -ort M; -ord *Fr*

<sup>6</sup> hab. CPBD; *om.* M

<sup>7</sup> Ex conc. – rex] Ex eodem concilio H

## 60

*Ut nullus Christianus dum sancta loca pro reverentia petierit, alicuius publice potestatis banno ibidem constringatur. Ex eodem concilio, cui interfuit Henricus rex<sup>1</sup>*

Precipimus namque<sup>2</sup> ut nullus Christianus pro reverentia ecclesiam petendo, alicuius publice potestatis banno ibidem constringatur, ne forte dum ad ecclesiam causa orationis properat, per bannum impediatur pro salute anime sue Domini misericordiam minus devote<sup>3</sup> postulare.

*BD 13.28]*

<sup>1</sup> cui - rex (*Anglie add. D*) CPBD; *om.* M

<sup>2</sup> namque CRP(*after erasure*)VHM; *om.* L

<sup>3</sup> devote CPM; iuste D

## 61

*De ordine librorum veteris testamenti*

Genesis, lib. 1. Exodus, lib. 1. Leviticus, lib. 1<sup>1</sup>. Numerus, lib. 1<sup>2</sup>. Deuteronomii, lib. 1, Iesu nave, lib. 1. Iudicum, lib. 1. Regum, lib. 1<sup>3</sup>. Ruth, lib. 1. Paralipomenon, lib. 1<sup>4</sup>. Psalmorum 150, lib 1<sup>5</sup>. Salomonis lib. 1<sup>6</sup>. Iob, lib. 1. Tobie<sup>7</sup>, lib.1. Esdre, lib.1. Esther, lib.1. Iudith, lib.1. Machabeorum lib.1<sup>8</sup>. De ordine prophetarum, Isaie, lib.1. Ieremie, cum<sup>9</sup> Cinoth, id est<sup>10</sup> lamentationibus suis, lib.1<sup>11</sup>. Ezechiel, lib.1. Danihel, lib.1. Osee, lib.1. Amos, lib.1. Michee, lib. 1.

<sup>1</sup> etc. *add. M, which then omits lib. 1 passim*

<sup>2</sup> Num. lib. 1 CPM; *om.* D

<sup>3</sup> 1 CPD; 4 M

<sup>4</sup> 1 CPD; 2 M

<sup>5</sup> lib. 1 CPBD; *om.* M

<sup>6</sup> 1 CPD; 3 M

<sup>7</sup> -bie CPM; -bi D

<sup>8</sup> Iudith - 1 CPM; Mach. lib. 1. Iudith lib. 1 D

<sup>9</sup> con D

<sup>10</sup> cum *add. D, om.* CPM

<sup>11</sup> lib. 1 *after* Cinoth D

Iohel, lib.1. Abdie, lib.1. Ione, lib.1. Naum, lib. 1.<sup>12</sup> Habacuc, lib.1. Sophonie, lib.1. Aggei, lib.1. Zacharie, lib.1. Malachie, lib.1<sup>13</sup>.

(*Gelasius papa in concilio Rome habito cum 70 episcopis.*) BD 3.217-8] IP 2.89b

<sup>12</sup> Amos - lib. 1 CPBD; Iohel, Amos, Abdiae, Ionae, Micheae, Naum M

<sup>13</sup> Mal. lib. 1 CPM; *om.* D

## 62

*De ordine librorum Novi Testamenti quos sancta Romana ecclesia tenet et omnis<sup>1</sup> universalis ecclesia observat*

Evangeliorum libri quatuor, Secundum Mattheum, lib.1<sup>2</sup>. Secundum Marcum, lib.1. Secundum Lucam, lib.1. Secundum Iohannem lib.1., Actus apostolorum lib.1. Epistole Pauli numero quatuordecim. Ad Romanos epistola<sup>3</sup> una, Ad Corinthios, due. Ad Galatas, una<sup>4</sup>, Ad Ephesios, una. Ad Philippenses, una. Ad Colossenses, una. Ad Thessalonicenses, due. Ad Timotheum, due. Ad Titum, una. Ad Philemonem, una. Ad Hebreos una. Apocalipsis Iohannis, liber 1.

Ordo septem epistolarum canonicarum<sup>5</sup>. Petri apostoli epistole 2. Iacobi apostoli<sup>6</sup> epistola 1. Iohannis apostoli epistole 3. Iude Zelotis apostoli<sup>7</sup> epistola 1.

BD 3.219-20a] IP 2.89c

<sup>1</sup> omnis CRPD; *om.* M

<sup>2</sup> lib. 1 *om. passim* M

<sup>3</sup> epist. CPR; *om.* DM

<sup>4</sup> una *om. passim* M

<sup>5</sup> Ordo - can. *here* RPBDLM; *as rubr. at end of c.* C

<sup>6</sup> apost. CPM; *om.* D

<sup>7</sup> apost. CRP; *om.* DM

## 63

*Quando et<sup>1</sup> quo tempore libri veteris et novi<sup>2</sup> testamenti legendi sunt<sup>3</sup>*

In Septuagesima ponunt eptaticum<sup>4</sup>, usque in quindecim dies ante Pascha. Quinta decima die ante Pascha ponunt Ieremiam usque in Cenam<sup>5</sup> Domini. In Cena Domini legunt tres lectiones de lamentatione Ieremie, Quomodo sedet sola civitas plena populo<sup>6</sup> etc., et tres de tractatu sancti Augustini in Psalmo LXIII<sup>7</sup>, Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor<sup>8</sup>; et tres de apostolo, ubi ait ad Corinthios, Convenientibus vobis in unum. Secunda lectio sic incipit, Similiter<sup>9</sup> postquam cenavit. Tertia, De spiritualibus autem<sup>10</sup> nolumus<sup>11</sup> ignorare, fratres. In Parasceven, tres lectiones de lamentatione<sup>12</sup> Ieremie, et tres de tractatu sancti Augustini in psalmo<sup>13</sup> LXIII<sup>14</sup>, et tres de apostolo, ubi ait in epistola ad Hebreos, Festinemus

<sup>1</sup> a *add.* D, *om.* CPM

<sup>2</sup> et Novi CPBD; Novique M

<sup>3</sup> sunt CPBD; sint M

<sup>4</sup> eptaticum PVBDL; e...ptaticum C; heptateuchum M; [pentat.] *add.* Fr

<sup>5</sup> cenam CPBM; cena D

<sup>6</sup> plena populo CRPD; *om.* BM; etc L

<sup>7</sup> psalmo LXIII CP?BD; psalmum LIV M

<sup>8</sup> cum dep. CPBD; et ne despexeris M

<sup>9</sup> et calicem *add.* M, *om.* CPBD

<sup>10</sup> autem CPM; *om.* D

<sup>11</sup> vos *add.* DM, *om.* CPB

<sup>12</sup> -ione CPD; -ionibus BM

<sup>13</sup> in psalmo CPB; *om.* D; in psalmum M

ingredi in illam requiem. Secunda lectio<sup>15</sup>, Omnis namque<sup>16</sup> pontifex. Tertia, De quo grandis nobis<sup>17</sup> sermo est. In sabbato sancto tres lectiones de lamentatione<sup>18</sup> Ieremie, et tres de tractatu sancti Augustini in psalmo<sup>19</sup> LXIII, Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor<sup>20</sup>; et tres de apostolo ubi ait, in epistola ad Hebreos, Christus assistens pontifex. Secunda lectio ubi ait, Testamentum enim. Tertia, Umbram enim habens, lex bonorum futurorum<sup>21</sup>. In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes. Infra hebdomadam, homilias. In octavis<sup>22</sup> Pasche ponunt Actus apostolorum, et Epistolas canonicas, et Apocalipsin, usque in octavas<sup>23</sup> Pentecosten<sup>24</sup>. In octavis<sup>25</sup> Pentecosten<sup>26</sup> ponunt<sup>27</sup> Regum et Paralipomenon, usque in Kalendas Augusti. In dominica prima<sup>28</sup> mensis<sup>29</sup> Augusti ponunt Salomonem, usque in Kalendas Septembris; ex tunc<sup>30</sup> ponunt Iob, Tobiam<sup>31</sup>, Esther, Esdram, usque in Kalendis<sup>32</sup> Octobris. In dominica prima mensis Octobris, ponunt Machabeorum<sup>33</sup> usque in Kalendis<sup>34</sup> Novembris. In dominica prima mensis Novembris ponunt Ezechiel et<sup>35</sup> Daniel, et minores prophetas usque in Kalendas Decembris. In dominica prima mensis Decembris ponunt Isaiaam prophetam, usque in Nativitatem<sup>36</sup> Domini. In vigilia<sup>37</sup> natalis Domini, legunt primum de Isaia tres lectiones. Prima lectio, Primo tempore alleviata est terra Zabulon<sup>38</sup>. Secunda, Consolamini. Tertia, Consurge<sup>39</sup>. Deinde leguntur<sup>40</sup> sermones vel homilie ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani, homelias<sup>41</sup> de ipso die. In Natali sancti Iohannis similiter<sup>42</sup>. In natali sancti Silvestri similiter. In octavas<sup>43</sup> Domini, homilia<sup>44</sup> de ipso die. In dominica prima post Nativitatem Domini, ponunt epistolas Pauli usque in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de Isaia. Prima lectio sic incipit, Omnes sitiientes. Secunda, Surge, illuminare. Tertia, Gaudens gaudebo in Domino<sup>45</sup>, deinde leguntur sermones vel homilie ad ipsum diem pertinentes.

<sup>14</sup> *corr. fr.* LIII C; Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor *add. M, om. CPB*

<sup>15</sup> lect. CPB; *om. M*

<sup>16</sup> namque CPBM; *om. D*

<sup>17</sup> gr. nobis CPM; nobis gr. D

<sup>18</sup> -ione CPM; -ionibus B

<sup>19</sup> in psalmo CPBD; [*in add. Fr*] eundem psalmum M

<sup>20</sup> Ex - deprec. CPBD; *om. M*

<sup>21</sup> bon. fut. CPB; fut. bon. DM

<sup>22</sup> -vis CPD; ? B; -va M

<sup>23</sup> -bas CP; -vis D; -vas M

<sup>24</sup> -en CPBD; -es M

<sup>25</sup> -va M; -bis P; ? C; -vis D; -ab' V(ss)B

<sup>26</sup> -en PD; -es M; ? C; -ost' V

<sup>27</sup> lib. *add. M, om. CPBD*

<sup>28</sup> prima CPM; primi D

<sup>29</sup> mensis CPBD; *om. M*

<sup>30</sup> po *add. C*

<sup>31</sup> Iudith *add. M, om. CPBD*

<sup>32</sup> -is P; kl' CVD; -as RM

<sup>33</sup> libros *add. M, om. CPD*

<sup>34</sup> -is P; kl' CVD; -as RM

<sup>35</sup> et CPD; *om. M*

<sup>36</sup> Nativitatem CRPM; Natale BD

<sup>37</sup> -ia CVDM; -ias P

<sup>38</sup> terra Zab. PV; terra B; *om. CRD*; etc. M

<sup>39</sup> *repeated M, not CPBD*

<sup>40</sup> leg. CPDM; *om. B*

<sup>41</sup> -elias CPBD; -ilia M

<sup>42</sup> In natali Innocentium similiter *add. M, om. CPBD*

<sup>43</sup> -bas C; -vis R; -b' VD; -va M

<sup>44</sup> -ia CBM; -ias PV; omel' D

<sup>45</sup> in Dom. CRPV; *om. BDM*

BD 3.222] IP 2.90 (Dist., 15, c. Sancta.)

## 64

### *De libris authenticis et apocriphis<sup>1</sup>. Ex decretis Gelasii<sup>2</sup>*

Sancta Romana ecclesia post illas Veteris vel Novi Testamenti quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet<sup>3</sup> scripturas. Sanctam sinodum Nicenam 318 patrum, mediante<sup>4</sup> maximo Constantino augusto, in qua Arius hereticus condempnatus<sup>5</sup> est. Sanctam sinodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore augusto<sup>6</sup>, in qua Macedonius hereticus debitam dampnationem exceptit. Sanctam sinodum Ephesinam, in qua Nestorius dampnatus est cum<sup>7</sup> consensu beatissimi Celestini pape<sup>8</sup>, mediante Cirillo Alexandrine sedis antistite<sup>9</sup>, et Arcadio episcopo ab Italia<sup>10</sup> destinato. Sanctam sinodum Chalcedonensem, mediante Martino Augusto et Anatolino<sup>11</sup> Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutichiana<sup>12</sup> heresis, simul cum Dioscoro eiusque complicibus dampnate sunt. Sed et si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, preter istorum quatuor auctoritatem, et custodienda et recipienda decrevimus. Iam nunc subiciendum<sup>13</sup> de opusculis sanctorum patrum, que in ecclesia catholica recipiuntur. Opuscula beati Cipriani martiris, et Carthaginensis episcopi. Item. Opuscula beati Gregorii Nazanzeni<sup>14</sup> episcopi<sup>15</sup>. Item. Opuscula beati<sup>16</sup> Basilii Cappadoceni episcopi. Item. Opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi<sup>17</sup>. Item. Opuscula beati Iohannis Constantinopolitani episcopi. Item. Opuscula beati<sup>18</sup> Theophili Alexandrini episcopi. Item. Opuscula beati Cirilli Alexandrini episcopi<sup>19</sup>. Item. Opuscula beati<sup>20</sup> Hilarii Pictavensis<sup>21</sup> episcopi. Item. Opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item. Opuscula beati Augustini Hipponensis episcopi. Item. Opuscula beati Hieronimi presbiteri. Item. Opuscula beati Prosperi, viri religiosissimi. Item. epistola beati<sup>22</sup> Leonis pape ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, cuius textum quispiam si<sup>23</sup> usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item. Opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum

<sup>1</sup> et apoc. CPL; *om.* D; quos recipit Ecclesia praeter illos qui in canone sunt *add.* M

<sup>2</sup> pape *add.* D; papae de libris authenticis, et apocryphis *add.* M. CDL *have insc. before rubr.*

<sup>3</sup> susc. non proh. CPM; non proh. susc. D

<sup>4</sup> mediante PRDM; meditante C

<sup>5</sup> condempn- CPB; dampn- DM

<sup>6</sup> augero D

<sup>7</sup> cum PRBD; *om.* C<sup>2</sup>M

<sup>8</sup> Cel. pape CPD; pape Cel. M

<sup>9</sup> sedis ant. CPD; civitatis episcopo M

<sup>10</sup> Italio D

<sup>11</sup> -ino CRP; -io DM

<sup>12</sup> -ana et -ana CPM; -ano et -ano D

<sup>13</sup> *corr. fr.* suscip- D

<sup>14</sup> Naza- CPD; Nazia- M

<sup>15</sup> Item opuscula beati Gregorii Nazanzeni episcopi *in mg.* R<sup>2</sup>

<sup>16</sup> beati CPM; *om.* D

<sup>17</sup> op. beati Greg. - episc. CPBD; opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi. Item, opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi. Item, opuscula beati Basilii Cappadoceni episcopi M

<sup>18</sup> beati CPB; *om.* DM

<sup>19</sup> Opusc. b. Cir. Al. ep. CPM; *in mg.* R<sup>2</sup>, *om.* RD

<sup>20</sup> beati RPBDM; *om.* C

<sup>21</sup> -vensis CPD; -viensis D

<sup>22</sup> beati CPB; *om.* DM

<sup>23</sup> quispiam si CPM; si quispiam D



qui in nullo<sup>24</sup> a sancte<sup>25</sup> Romane ecclesie consortio deviarunt, nec ab eius fideli predicatione<sup>26</sup> seiuncti sunt; sed ipsius communionis per gratiam Dei usque ad ultimum diem vite sue fuere participes, legendos decernimus. Item. Decretales epistolas quas beatissimi pape diversis temporibus ab urbe Roma<sup>27</sup> pro diversorum patrum consolatione<sup>28</sup> dederunt, venerabiliter suscipiendas. Item. Gesta sanctorum martirum que multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis<sup>29</sup> irradiant. Quis ita<sup>30</sup> esse catholicorum dubitet, et maiora eos in agonibus fuisse perpressos, nec suis viribus, sed Dei gratia et adiutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam auctoritatem vel<sup>31</sup> consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia et eorum qui scripsere nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut dictis<sup>32</sup> superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cuiusdam Cirici<sup>33</sup> et Iulite, sicut Georgii aliorumque huiusmodi passiones<sup>34</sup>, que ab hereticis perhibentur conscripte, propter quod, ut dictum est, ne vel levis<sup>35</sup> subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia<sup>36</sup> non leguntur. Nos tamen cum predicta ecclesia omnes martires, et eorum gloriosos<sup>37</sup> agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneremur<sup>38</sup>. Item. Vitas patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis et omnium eremitarum quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronimus, cum omni honore suscipimus. Item. Actus beati Silvestri apostolice sedis presulis<sup>39</sup>, licet eius qui scripsit<sup>40</sup> nomen ignoremus, a multis tamen in urbe Romana catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multe hec<sup>41</sup> imitantur ecclesie. Item. Scriptura<sup>42</sup> de inventione crucis dominice<sup>43</sup>, et alia scriptura de inventione capitis beati Iohannis Baptiste novelle quidem revelationes sunt, et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hec ad catholicorum manus advenerint, beati Pauli apostoli precedat sententia<sup>44</sup>, Omnia probate, quod bonum est tenete. Item. Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis<sup>45</sup> edidit libros<sup>46</sup>, nonnullas autem scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatissimus<sup>47</sup> Hieronimus in aliquibus eum de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, que predictum beatum Hieronimum<sup>48</sup> sentire cognoscimus, et non solum de Ruffino, sed etiam de universis quos vir sepius<sup>49</sup>

<sup>24</sup> nullo CPM; nulla D

<sup>25</sup> -te PBDM; -ta C

<sup>26</sup> [fide vel pred.] *add Fr*

<sup>27</sup> Roma CPBDM; Romana *Fr*

<sup>28</sup> [consultatione] *add. M*

<sup>29</sup> conf. tr. CPM; tr. conf. D

<sup>30</sup> [ista] *add. Fr*

<sup>31</sup> auct. vel CPBDM; *om. Fr*

<sup>32</sup> aut *add. D*, [idiotis] *add. Fr, om. CPM*

<sup>33</sup> [Quirici] *add. Fr*

<sup>34</sup> hui. pass. CPM; pass. hui. D

<sup>35</sup> levis CPM; levius D

<sup>36</sup> Rom. eccl. CPM; eccl. Rom. D

<sup>37</sup> eorum glor. CPM; glor. eorum D

<sup>38</sup> -emur CPBD; -amur M

<sup>39</sup> presulis CPM; episcopi D

<sup>40</sup> qui scr. CPM; *om. D*

<sup>41</sup> hec CPB; hoc DM

<sup>42</sup> -ura CPM; -ure D

<sup>43</sup> crucis dom. CPM; sancte crucis D

<sup>44</sup> Pauli ap. prec. sent. CPB; Pauli ap. sent. preveniat D; ap. Pauli sent. prec. M

<sup>45</sup> operis CPM; ordinis D

<sup>46</sup> vel operis *add. D, om. CPM*

<sup>47</sup> beatissimus CPBD; beatus M

<sup>48</sup> pred. b. Hier. CPM; b. Hier. supradictum D

<sup>49</sup> sepius CPM; sapiens D

memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit. Item. Origenis<sup>50</sup> nonnulla opuscula que vir beatissimus Hieronimus non repudiat, legenda<sup>51</sup> suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo<sup>52</sup> dicimus esse renuenda. Item. Chronica Eusebii Cesariensis, atque eiusdem historie ecclesiastice<sup>53</sup> libros, quamvis in primo narrationis sue libro tepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis scismatici<sup>54</sup> unum conscripserit librum. Propter rerum tamen singularem notitiam, que<sup>55</sup> ad instructionem pertinet<sup>56</sup>, usquequaque non dicimus renuendos. Item. Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessaria<sup>57</sup> adversus paganorum calumpnias ordinavit<sup>58</sup>, miraque brevitate contexit. Item venerabilis viri Sedulii Paschale opus, quod heroicis descripsit<sup>59</sup> versibus, insigni laude proferimus. Item. Iuvenci nichilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Ceterum que ab hereticis conscripta vel predicta<sup>60</sup> sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica Romana ecclesia<sup>61</sup>. E<sup>62</sup> quibus pauca que ad memoriam venerint<sup>63</sup>, et a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

*BD 3.220c] IP 2.91 (Dist. 15, cap. Sancta Romana.)*

<sup>50</sup> -enis CPM; -enes D

<sup>51</sup> -enda CPM; -endo D

<sup>52</sup> auctore suo CPM; auctoritate sua D

<sup>53</sup> hist. eccl. CPM; eccl. hist. D

<sup>54</sup> -atici CPM; -atis D

<sup>55</sup> que CPD; qui M

<sup>56</sup> -et CPDM; -ent *Fr*

<sup>57</sup> -ia CPBDM; -iam *Fr*

<sup>58</sup> historiam *add. Fr, om. CPBDM*

<sup>59</sup> -ipsit CPM; -ibit D

<sup>60</sup> predicta CPM; predicata D

<sup>61</sup> et ap. Rom. eccl. CPBLH (*H ends cap. here*); eccl. et ap. Rom. D; et ap. eccl. Rom. D<sup>2</sup>M

<sup>62</sup> E CPB*Fr*; Ex D; De M

<sup>63</sup> -int CPBDM; -unt *Fr*

## 65

### *De notitia librorum apocriphorum, qui a sanctis patribus dampnati sunt eterna dampnatione*

In primis Ariminensem sinodum a Constantino<sup>1</sup> Cesare Constantini filio congregatam, mediante Tauro prefecto ex tunc et<sup>2</sup> in eternum confitemur esse dampnatam. Item. Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri octo<sup>3</sup> apocriphi<sup>4</sup>. Actus nomine Andree apostoli, apocriphus<sup>5</sup>. Actus nomine Thome apostoli, apocriphus<sup>6</sup>. Alius<sup>7</sup> autem nomine Petri apostoli, apocriphus<sup>8</sup>. Actus nomine Philippi apostoli, apocriphus<sup>9</sup>. Evangelia<sup>10</sup> Thaddei nomine<sup>11</sup>, apocripha. Evangelia<sup>12</sup> nomine Barnabe, apocripha. Evangelia<sup>13</sup> Thome

<sup>1</sup> -ino CPBDM; -io *Fr*

<sup>2</sup> et CPBD; *om. M*; et nunc et usque *Fr*

<sup>3</sup> octo CPB*DFr*; decem [octo] M

<sup>4</sup> -i CPBDM; -um *Fr*

<sup>5</sup> -us CPBDM; -i *Fr*

<sup>6</sup> -us CPBDM; -i *Fr*

<sup>7</sup> Alius CBDM; Actus *PFr*; Auctus V

<sup>8</sup> -us CPBDM; -i *Fr*

<sup>9</sup> -us CPD; -i M

<sup>10</sup> -lia CPDM; -lium *Fr*

<sup>11</sup> Thad. nom. CPB; nom. Thad. DM

<sup>12</sup> -lia CPDM; -lium *Fr*

apostoli quibus<sup>14</sup> Manichei utuntur, apocripha. Evangelia<sup>15</sup> nomine Bartholomei apostoli<sup>16</sup>, apocripha. Evangelia<sup>17</sup> nomine Andree apostoli, apocripha<sup>18</sup>. Evangelia que falsavit Lucianus, apocripha. Evangelia que falsavit Ycius<sup>19</sup>, apocripha. Liber de infantia Salvatoris, apocriphus. Liber de nativitate Salvatoris, vel<sup>20</sup> de sancta Maria, et de obstetrice Salvatoris, apocriphus<sup>21</sup>. Liber, qui appellatur Pastoris, apocriphus. Libri omnes quos fecit Leutius discipulus diaboli<sup>22</sup>, apocriphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocriphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocriphus. Liber, qui est<sup>23</sup> de filiabus Ade vel Genesis, apocriphus. Centimetrum de Christo virgilianis compaginatum versibus, apocriphum<sup>24</sup>. Liber, qui appellatur Actus Thecle et Pauli<sup>25</sup>, apocriphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocriphus. Liber proverbiorum ab hereticis conscriptus, et sancti Sixti nomine signatus, apocriphus. Revelatio que appellatur Pauli apocripha. Revelatio que appellatur Thome<sup>26</sup>, apocripha. Revelatio, que appellatur Stephani, apocripha. Liber, qui appellatur<sup>27</sup> transitus<sup>28</sup> sancte Marie, apocriphus. Liber, qui appellatur penitentia Adam<sup>29</sup>, apocriphus. Liber Diogie<sup>30</sup>, nomine gigantis, qui post diluvium cum dracone ab hereticis pugnasse perhibetur, apocriphus. Liber, qui appellatur Testamentum Iob, apocriphus<sup>31</sup>. Liber, qui appellatur penitentia Origenis<sup>32</sup>, apocriphus. Liber, qui appellatur penitentia<sup>33</sup> Cipriani, apocriphus. Liber, qui appellatur Iamne<sup>34</sup> et Mambre<sup>35</sup>, apocriphus. Liber, qui appellatur sors<sup>36</sup> apostolorum, apocriphus. Liber Lusam<sup>37</sup>, apocriphus. Liber canonum apostolorum, apocriphus. Liber Physiologus ab hereticis conscriptus, et beati Ambrosii nomine presignatus, apocriphus. Historia Eusebii Pamphili, apocripha. Opuscula Tertullini<sup>38</sup> sive Africani, apocripha. Opuscula Postumiani et Galli<sup>39</sup>, apocripha. Opuscula Montani et<sup>40</sup> Priscille et Maximille, apocripha<sup>41</sup>. Omnia opuscula Fausti<sup>42</sup> Manichei, apocripha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocripha. Opuscula

<sup>13</sup> -lia CPDM; -lium *Fr*

<sup>14</sup> quibus CPBM; nomine quibus D; quo *Fr*

<sup>15</sup> -lia CPDM; -lium *Fr*

<sup>16</sup> ap. RPDM; *om.* CB

<sup>17</sup> -lia CPM; -lium *Fr*

<sup>18</sup> Ev. nom. And. ap. apoc. CPM; *om.* D

<sup>19</sup> Ycius CPBD; Ysius M [Esitius vel Hesychius] *add. Fr*

<sup>20</sup> vel CPBM; et *DFr*

<sup>21</sup> -iphus M; -ipha D

<sup>22</sup> omnes *add.* D, *om.* CPM

<sup>23</sup> est CPB; appellatur DM

<sup>24</sup> Centimetrum - versibus apoc. *below, after* et Pauli apoc. D, *not* CPM

<sup>25</sup> apostoli *add. Fr, om.* CPBDM

<sup>26</sup> apostoli *add. PFr, om.* CBDM

<sup>27</sup> app. CPBD; vocatur M

<sup>28</sup> [trans., id est assumptio] *add. Fr*

<sup>29</sup> Adam CPDM; Ade *Fr*

<sup>30</sup> Diogie CPDB; Diogeniae [Diogiae] M; [Ogiae] *add. Fr*

<sup>31</sup> Lib. qui app. Test. Iob. ap. *in mg.* C

<sup>32</sup> -enis CPM; -inis D

<sup>33</sup> sancti *add. Fr, om.* CPBDM

<sup>34</sup> Iamne CPBDM; penitentia Iamnis *Fr*

<sup>35</sup> Mambre CPM; Mabre D

<sup>36</sup> sors CPBDM; sortes *Fr*

<sup>37</sup> Lusam CM; Lusan PVD. qui appellatur laus apostolorum [*etc.*] *add. Fr mg*

<sup>38</sup> -ini CPB; -iani DM

<sup>39</sup> et Galli CPM; et Priscille et Mammille D

<sup>40</sup> et CPBDM; *om. Fr*

<sup>41</sup> et Max. apoc. PBM; apoc. et Max. C; et Mammille apoc. D

<sup>42</sup> Fausti CPM; Faustini et D

Cassiani presbiteri Galliarum, apocripha. Opuscula Victorini Pictavensis<sup>43</sup>, apocripha. Opuscula Fausti Reginensis<sup>44</sup> Galliarum, apocripha. Opuscula Frumentii, apocripha. Epistola Iesu ad Abagarum<sup>45</sup>, apocripha<sup>46</sup>. Passio Cirici et Iulite, apocripha. Passio Georgii, apocripha. Scripta que appellatur<sup>47</sup> Salomonis contradictio, apocripha. Philacteria omnia, que non ab angelo, ut illi confingunt, sed magis<sup>48</sup> demone conscripta sunt, apocripha. Hec<sup>49</sup> et his similia que Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenu<sup>50</sup>, Photinus et Bonosus<sup>51</sup>, qui simili errore<sup>52</sup> defecerunt, Montanus quoque<sup>53</sup> cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus sive Manicheus, Faustus, Sabellius, Arius<sup>54</sup>, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius<sup>55</sup>, Calistus, Donatus et<sup>56</sup> Eustathius, Nibianus<sup>57</sup>, Pelagius, Iulianus et Latiensis<sup>58</sup>, Celestinus, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Euticius<sup>59</sup>, Petrus et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit. Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis<sup>60</sup>, nec non et omnes hereses, quas ipsi eorumque discipuli, sive scismatici docuerunt, vel conscripserunt<sup>61</sup>, quorum nomina minime retinemus, non solum repudiata, verum etiam ab omni catholica<sup>62</sup> Romana ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus, sub anathematis indissolubili vinculo in eternum confitemur esse dampnata.

*BD 3.221] IP 2.123 (Dist. 15, cap. Sancta.)*

<sup>43</sup> -vensis CPD; -viensis M

<sup>44</sup> Reginensis CPM; Remensis D; Regiensis *Fr*

<sup>45</sup> regem *add. Fr, om.* CPM

<sup>46</sup> Opusc. Frum. - Abag. apoc. CPM; *om.* D

<sup>47</sup> -atur CRPBD; -antur C<sup>2</sup>M

<sup>48</sup> a *add.* DM, *om.* CP

<sup>49</sup> omnia *add. Fr, om.* CPDM

<sup>50</sup> Samos- CPM; Samas- D

<sup>51</sup> -sus CPM; -sius D. et *add. Fr, om.* CPDM

<sup>52</sup> decepti sunt vel *add.* D, *om.* CPM

<sup>53</sup> quoque CPM; que D

<sup>54</sup> Arius CPM; *om.* D

<sup>55</sup> -atius CPM; -atinus D

<sup>56</sup> et CPDM; *om. Fr*

<sup>57</sup> Nibianus CBD; Iubianus P; Vibianus M; Iovinianus *Fr*

<sup>58</sup> [*al.* Celestius] *add. Fr*

<sup>59</sup> Euticius CPBDM; Eutyches *Fr*

<sup>60</sup> cons. suis CPD; suis cons. M

<sup>61</sup> conscr- CPM; scr- D

<sup>62</sup> cath. CP; *om.* DM

## 66

*De consuetudine servanda<sup>1</sup> que non est contra fidem<sup>2</sup>. Ex epistola Pii pape*

Petistis enim per Hilarium<sup>3</sup> chartularium nostrum a beate memorie decessore nostro, ut omnes vobis retro<sup>4</sup> temporum consuetudines servarentur, quas beati Petri apostolorum principis ordinatione intus hactenus vetustas longa servavit. Et nos quidem iuxta seriem relationis nostre consuetudinem laudamus, que tamen contra<sup>5</sup> fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur.

<sup>1</sup> De cons. serv. CPBD; Consuetudinem servandam esse M

<sup>2</sup> catholicam *add.* M

<sup>3</sup> per Hil. CPM; philarium D

<sup>4</sup> vobis retro CPM; retro vobis D

<sup>5</sup> contra CPBDM; *om. Fr*

(*decret. 7) BD 3.124] IP 2.157 from consuetudinem laudamus (Dist. 11, c. Consuetudinem.)*

67

*Ut ecclesiastica statuta ab apostolis<sup>1</sup> et reliquis<sup>2</sup> magistris ecclesie tradita, integra servantur<sup>3</sup>. Ex decretis Innocentii pape, cap.<sup>4</sup> 1*

Innocentius Decentio<sup>5</sup> Egubino<sup>6</sup> salutem. Si instituta ecclesiastica, ut sunt<sup>7</sup> a beatis apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod ipsi visum fuerit, hoc estimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis, qui dum nesciunt traditiones antiquas humana presumptione corruptas, putant sibi aut ecclesiis non convenire, aut ab apostolis vel ab apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non advertat, id quod a principe apostolorum Petro Romane ecclesie traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? presertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Africam atque Siciliam, insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerunt sacerdotes? aut legant si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse? Quod si non legunt quia nusquam inveniunt, oportet eos sequi que ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Sepe dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in ecclesiam convenisse, et quem morem vel in consecrandis misteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat cognovisse non dubium est. Quod sufficere arbitrarer ad informationem ecclesie tue, vel reformationem, si quod predecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerint satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. Quibus idcirco respondimus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut maiori auctoritate vel tuos instituas, vel eos qui a Romane ecclesie institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas, ut scire valeamus, qui sint qui aut novitates inducunt, aut alterius ecclesie quam Romane existimant consuetudinem esse servandam<sup>8</sup>.

*BD 3.125] (Dist. 11, c. Quis enim nesciat.)*

<sup>1</sup> -olis CPM; -olicis D

<sup>2</sup> rel. CPVD; aliis B; apostolicis M

<sup>3</sup> et nullus secundum quod sibi visum fuerit, sed secundum antiquam traditionem ea teneat *add.* M

<sup>4</sup> cap. CPBD; epist. M

<sup>5</sup> Decentio CPBD; decenti episcopo M; Decentio episcopo *Fr*

<sup>6</sup> Egu- CPB; Ege- D; Eugu- M

<sup>7</sup> *corr. fr.* sint D

<sup>8</sup> const. esse serv. *om.* H

## 68

*Ut<sup>1</sup> consuetudines ecclesiastice pro lege sint tenende. Augustinus<sup>2</sup> ad Casulanum presbiterum*

In his enim rebus de quibus nichil certi statuit scriptura divina<sup>3</sup>, mos populi Dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt, et sicut prevaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt.

*BD 3.126] Ctp 3.6.1; IP 2.158 (Dist. 11, c. In his rebus.)*

<sup>1</sup> Ut CPBD; Quod M

<sup>2</sup> epist. 86 *add.* M

<sup>3</sup> scr. div. CPM; div. scr. D

## 69

*Item de consuetudinibus ecclesiasticis observandis<sup>1</sup>. Ex dictis Basili<sup>2</sup>, cap. 27*

Ecclesiasticarum institutionum<sup>3</sup> quasdam scripturis, quasdam vero apostolica<sup>4</sup> traditione per successiones<sup>5</sup> in ministerio confirmatas accepimus<sup>6</sup>, quedam<sup>7</sup> vero consuetudine roborata approbavit usus. Quibus par ritus, et idem utrisque pietatis debetur affectus<sup>8</sup>, unde quis vel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hesitaverit? Si enim attentaverimus consuetudines ecclesie non per scripturas a patribus traditas nichil estimare, quantum religio detrimenti latura sit, dispicientibus liquido constabit. Que enim, ut inde ordiamur<sup>9</sup>, scriptura salutifere crucis signaculo fideles docuit insigniri? Que vel trifariam digesta super panem et calicem<sup>10</sup> prolixè orationis, vel etiam<sup>11</sup> consecrationis verba commendavit? Nam non modo quod in evangelio continetur, vel ab apostolo insertum<sup>12</sup>, secretis<sup>13</sup> dicimus, sed et alia perplura adicimus, magnam quasi vim commendantia misteriis. Que orientem versus nos orare litterarum forma prestitit<sup>14</sup>? Benedicimus fontem baptismatis oleo unctionis, huc<sup>15</sup> accedit quod ter immergimus, quos baptizamus, oleo unguimus, verbis abrenuntiare Satane et angelis eius informamus. Unde hec et alia in hunc modum non pauca nisi tacita ac mistica traditione a patribus ecclesiastico more reverentiori diligentia sunt in ministeriis observata silentio, quam publicata scripto?

*BD 3.127] Ctp 3.6.2; IP 2.159 (Dist. 11, c. Ecclesiasticarum.)*

<sup>1</sup> consuetudinibus eccl. obs. CPBD; obs. constitutionibus eccl. M

<sup>2</sup> Ex dict. (sancti *add.* L) Bas. CPDL; Basilius lib. De Spiritu sancto M

<sup>3</sup> Ecclesiasticarum institutionum CPM; Ecclesiasticas institutiones D

<sup>4</sup> institutione vel *add.* D, *om.* CPM

<sup>5</sup> -iones CPDM; -ores B

<sup>6</sup> min. - acc. CPBD; misterio, id est in occulto, traditas recepimus M; misterio traditas recepimus *Fr*

<sup>7</sup> quedam CPM; quasdam D

<sup>8</sup> aff- CPM; eff- D

<sup>9</sup> -iamur CP<sup>2</sup>VM; -eamur P; -inamur D

<sup>10</sup> pan. et cal. CPD; calicem et panem M

<sup>11</sup> etiam CDM; et P?B; *om.* V

<sup>12</sup> est in *add.* M, *om.* CPD

<sup>13</sup> -tis CPM; -tum D

<sup>14</sup> prest. CPD; docuit M

<sup>15</sup> huc CPM; hic D

## 70

*Quod agendum sit in causis in quibus certa in canonibus non inveniuntur iudicia*<sup>1</sup>. Ex decretis Innocentii pape, cap. 18

De quibus causis nulla solvendi<sup>2</sup> ligandique auctoritas in libris Veteris Testamenti, quatuor evangeliorum, cum scriptis totis apostolorum appareat, ad divina recurre scripta Greca. Si nec in illis, ad catholice ecclesie historias catholicas a doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, canones apostolice sedis intuere. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si his omnibus inspectis, huius questionis qualitas non lucide investigatur, seniores provincie congrega, et eos interroga. Facilius namque invenitur, quod a pluribus senioribus queritur. Verus etiam repromissor Dominus ait, Si duo ex vobis, vel tres conveniunt super terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo.

*BD 3.128J Ctp 3.6.3 (Dist. 20, c. De quibus.)*

<sup>1</sup> Quod - iudicia CPD; Ad quos recurrendum, cum sacrae Scripturae auctoritas non occurrit M

<sup>2</sup> corr. fr. -da D

## 71\*

*Augustinus in prologo lib. III de Trinitate*

Noli meis litteris quasi scripturis canonicis<sup>2</sup> inservire<sup>3</sup>, sed in illis, et quod non credebas, cum inveneris incunctanter crede. In istis autem quod certum non habebas nisi certum intellexeris, noli firme retinere<sup>4</sup>.

*CB Varia 1C 63J Ctp 3.6.4; IP 2.120 (Dist. 9, c. Noli meis.)*

<sup>1</sup> Quae in canone inveniuntur firmiter tenenda, quae vero in aliorum scriptis reperiuntur, diligenter esse considerata *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> scr. can. CPBM; litteris can. vel scr. D

<sup>3</sup> ins- CPBDA; des- M

<sup>4</sup> firme retinere CPBA; retinere firme D; firme tenere M

## 72\*

*Leo quartus episcopus Britannie*

De libellis et commentariis aliorum non convenit aliquos iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est<sup>2</sup>, que<sup>3</sup> habentur apud nos simul cum canone, in illis<sup>4</sup> quibus in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, id est apostolorum, Nicenorum, Anciranorum, Neocesariensium, Gangrensium<sup>5</sup>, Antiochensium, Laodicensium<sup>6</sup>, Chalcedonensium, Sardicensium<sup>7</sup>, Carthaginensium, Africanensium, et cum illis regule presulum Romanorum<sup>8</sup>, Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Celestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Simmachi, Simplicii, Hormisde et Gregorii iunioris. Isti omnino sunt et per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi simul et clerici<sup>9</sup> iudicantur. Nam, si tale emerit vel contigerit<sup>10</sup>

<sup>1</sup> Quorum Patrum scripta magis sint authentica *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ss C

<sup>3</sup> que CPBDM; qui A

<sup>4</sup> et *add. A, om.* CPBDM

<sup>5</sup> Gangr- RPHM; Grangr- C; Gang- D

<sup>6</sup> Ant. Laod. CPM; *om.* D

<sup>7</sup> Laod. - Sard. *here* CPBA, *after* Africanensium M

<sup>8</sup> pres. Rom. CPBA; Rom. pres. D; Rom. pontificum M

<sup>9</sup> ep. simul et cl. CPBM; etiam ep. et cler. sim. D

inusitatum<sup>11</sup> negotium, quod minime possit per istos finiri, tunc si illorum, quorum meministis, dicta Hieronimi, Augustini, Isidori, vel ceterorum similiter<sup>12</sup> sanctorum doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda, vel ad apostolicam sedem referatur de talibus. Quam ob causam luculentius et magna voce pronuntiare non timeo, quia qui illa que diximus sanctorum patrum statuta, que apud nos canones pretitulatur, sive sit episcopus, sive clericus vel laicus<sup>13</sup> indifferenter receperit, ipse convincitur nec catholicam et<sup>14</sup> apostolicam fidem<sup>15</sup>, nec sancta vera Christi<sup>16</sup> quatuor evangelia<sup>17</sup> utiliter et efficaciter<sup>18</sup> ad effectum<sup>19</sup> suum retinere vel credere.

*CB Leo IV 16k; Ctp 1.60.9] Ctp 3.6.5; IP 2.118 (Dist. 20, c. De libellis.)*

<sup>10</sup> *after corr.* D

<sup>11</sup> inus. CPBDAM; inuisitatum *Fr*

<sup>12</sup> similiter CPM; que simul D

<sup>13</sup> vel. laic. CPA; sive laicus D; sive laicus non M

<sup>14</sup> et PBDAM; nec CR

<sup>15</sup> fidem CPM; sedem D

<sup>16</sup> vera Chr. CPM; Chr. vera D

<sup>17</sup> quat. Ev. CPA; Ev. quat. DM

<sup>18</sup> et *add.* M, *om.* CPDA

<sup>19</sup> [profectum] *add.* *Fr*

### 73\*

#### <sup>1</sup>*Augustinus ad Vincentium Victorem, libro II*

Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis moribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, que possunt iusto iudicio, et nulla temeritate culpari (*L. IV De anima et eius origine, cap. 1) Ctp 3.6.6 (Dist. 9, c. Negare.)*)

<sup>1</sup> Augustinus dicit multa esse in opusculis suis, quae culpari possunt *add. as rubr.* M

### 74\*

#### <sup>1</sup>*Augustinus ad Hieronimum epistola 8<sup>2</sup>*

Ego solis eis scriptorum qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre<sup>3</sup>, ut nullum eorum scribendo errasse<sup>4</sup> aliquid firmissime credam. Aut si aliquid in eis<sup>5</sup> offendero, quod videatur contrarium veritati, nichil aliud quam vel<sup>6</sup> mendosum esse codicem<sup>7</sup>, vel non esse assecutum interpretem quod dictum est, vel me<sup>8</sup> minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita<sup>9</sup> lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores et canonicas<sup>10</sup>, vel probabiles<sup>11</sup> rationes, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

<sup>1</sup> Scriptores canonicarum Scripturarum, et si non intelligantur, non tamen eos errasse credendum esse; alii vero scriptores si auctoritate vel ratione probaverint, que dicunt notanda esse *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ep. 8 CP??DA; epist. 19 *after* Aug. M

<sup>3</sup> ref- CPBDA; def- M

<sup>4</sup> *corr. fr.* era- D

<sup>5</sup> al. in eis CPBHA; in eis al. invenero vel D; in eis al. M

<sup>6</sup> vel CPBA; *om.* DM

<sup>7</sup> esse cod. CPBA; cod. esse DM

<sup>8</sup> *ss* D

<sup>9</sup> *ss* D

<sup>10</sup> et can. CPBDA; canonicos M

<sup>11</sup> *corr. fr.* probil- D



*Ctp 3.6.7; IP 2.119 (Dist. 9, c. Ego solis.)*

**75\***

<sup>1</sup>*Gelasius. De vinculo anathematis*

Ne forte, quod solent, hoc dicant. Quod si synodus Chalcedonensis admittitur, omnia constare debeant que illic videntur esse deprompta. Aut enim ex toto admitti oportere, aut si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse cognoscant, igitur, quoniam illud secundum scripturas sanctas traditionemque maiorum, secundum canones regulasque ecclesie pro fidei communione, et veritate catholica et apostolica, pro qua hanc fieri sedes apostolica delegavit, factamque firmavit, a tota ecclesia indubitanter admitti; alia autem que per incompetentem presumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, que sedes apostolica gerenda nullatenus<sup>2</sup> delegavit<sup>3</sup>, que<sup>4</sup> mox a vicariis sedis apostolice contradicta manifestum est, que sedes apostolica etiam petente Martino principe nullatenus approbavit. Que presul ecclesie Constantinopolitane tunc Anatolius, nec se presumpsisse professus est, et in apostolice sedis antistitis non negavit posita potestate. Que ideo, sicut dictum est, sedes apostolica non recipit, quia que privilegiis universalis ecclesie contraria probantur, nulla ratione subsistunt<sup>5</sup>. Quid enim, quia in libris sanctis quos utique veneramur et sequimur, quoniam quorundam illic et profanitates esse feruntur, et scelera gesta narrantur, et ideo nobis pariter aut veneranda sunt aut sequenda, quia in illis sanctis libris et venerabilibus continentur?

*CB Varia II 10a]*

<sup>1</sup> Quod ea quae privilegiis universalis Ecclesiae contraria probantur, nulla ratione subsistant *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> nullatenus CPDAM; *om. Fr*

<sup>3</sup> [forte deneg.] *add. Fr*

<sup>4</sup> que CPDAM; *om. Fr*

<sup>5</sup> [sustinet] *add. Fr*

**76\***

<sup>1</sup>*Iohannes VIII Potnio patriarche*<sup>2</sup>

Illam que contra facta<sup>3</sup> est Constantinopoli synodum irritam fecimus<sup>4</sup> et omnino delevimus, tum propter alia, tum quoniam Adrianus papa non subscripsit<sup>5</sup> in ea.

<sup>1</sup> Constantinopolitanam synodum eam quae contra Photium facta est non esse recipiendam *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Potnio pat. CPBHA; Pothio pat. D; pat. Photino M

<sup>3</sup> contra facta CPDA; contracta B; contra Photium facta M

<sup>4</sup> fec- CPBDA; fac- M

<sup>5</sup> subscr. C<sup>2</sup>RP<sup>2</sup>VBDHM; scr- P

**77\***

<sup>1</sup>*Iohannes papa apocrisariis*<sup>2</sup> *suis*

Dicetis quod illas synodos<sup>3</sup> que contra Photium sub Adriano papa Rome vel Constantinopoli sunt facte, cassamus et de numero sanctarum synodorum delemus.

<sup>1</sup> De eodem. *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> -sariis CRP; -sariis DM

<sup>3</sup> -dos CPM; -dus D

**78\***

<sup>1</sup>*In prologo historie Anastasii*<sup>2</sup> *bibliothecarii Romane ecclesie*

Frustra garrunt quidam dicentes post quatuor annos factas fuisse<sup>3</sup> sexte synodi capitulares, que diffamate sunt formas. Item. Ex ipsa chronica adnotatione patenter apparet, quod collectio a sancta universali sexta synodo usque ad deditas formas anni viginti et septem sint.

<sup>1</sup> Quo tempore sexta synodus facta sit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Anast- CPM; Anath- D

<sup>3</sup> fact. fu. CPBDA; fu. fact. M

**79\***

<sup>1</sup>*Ex libro pontificatus*<sup>2</sup>

Sergii pape temporibus Iustinianus imperator concilium in Regia urbe<sup>3</sup> fieri iussit, in quo et legati sedis apostolice convenerunt, et decepti subscripserunt. Compellebat autem et ipsum subscribere, sed nullatenus acquievit pro eo quod quedam capitula extra ritum ecclesiasticum fuerant in eis annexa. Que quasi sinodaliter definita, et in septima<sup>4</sup> synodo conscripta, ac a<sup>5</sup> tribus patriarchis, id est Constantinopolitano, Alexandrino et Antiocheno, vel ceteris presulibus qui in tempore convenerant subscripta, manu imperiali confirmata, missis in locello quod scebro<sup>6</sup> carnaliter vocatur, in hac Romana urbe ad confirmandum, vel in superiori loco subscribendum, Sergio pontifici, utpote capiti omnium sacerdotum direxit, qui beatissimus pontifex, ut dictum est, penitus eidem Iustiniano<sup>7</sup> augusto non acquievit, nec eosdem tomos suscipere aut lectioni pandere passus est. Porro eos ut invalidos respuit aut<sup>8</sup> reiecit, eligens ante mori quam novitatum erroribus consentiret<sup>9</sup>. Item. Sub Iohanne VII pro tomis quos antea sub domino Sergio apostolice sedis pontifice Romam Iustinianus<sup>10</sup> augustus direxerat, in quibus capitula diversa Romane ecclesie contraria scripta, duos metropolitans episcopos demandavit, dirigens per eos et sacram, per quam denominatum pontificem coniuravit ac adhortatus est, ut apostolice ecclesie concilium congregaret, et que ei visa essent stabiliret, et queque adversa renuendo cassaret.

*IP 2.122 to in eis annexa only*

<sup>1</sup> Sergium papam propter quedam capitula extra ritum ecclesiasticum annexa, non subscripsisse synodo, quam Iustinianus imperator in Regia urbe collegerat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -atus CBDA; -ali PM

<sup>3</sup> Reg. urbe CPBDA; urbe Reg. M

<sup>4</sup> septima CPM; vi D

<sup>5</sup> ss D

<sup>6</sup> scebro CPBA; crebro D; cribro [crebro alias scebro] M

<sup>7</sup> -iniano CPM; -iano D

<sup>8</sup> aut CRP; ac D; et M

<sup>9</sup> -iret CPM; -ire D

<sup>10</sup> Romam Iustinianus CRP; Romam Iustianus D; Romano Iustianus M

**80\***

<sup>1</sup>*Augustinus contra Cresconium grammaticum libro tertio*

Disce quod nescis, Sardicense<sup>2</sup> concilium Arianorum fuit. Item libro quarto. Sardicense concilium non te lateat<sup>3</sup> Arriani fecerunt<sup>4</sup>.

<sup>1</sup> Quod Sardicense concilium Arianorum fuerit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -dicense CPM; -di<ni>ense D

<sup>3</sup> -eat CRP; -et D

<sup>4</sup> non - fecerunt CPDA; Arianorum fuit M

**81\***

<sup>1</sup>*Fulgentius<sup>2</sup> Alexandrino et Athanasio<sup>3</sup> Antiocheno episcopis*

In historia Sozomen<sup>4</sup> de quodam Euxodio<sup>5</sup>, qui Constantinopolitane ecclesie episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam sedes apostolica suscipere recusat, quando multa mentitur, et Theodorum inconsuete nimium laudat, atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem ecclesie perhibet. Restat ergo ut si quis illam historiam recipit, sinodo que pie memorie Iustiniani temporibus de tribus capitulis facta est, contradicat. Qui vero huic contradicere non valet, illam historiam necesse est ut repellat.

<sup>1</sup> Historiam Sozomeni ab apostolica sede recusari *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Eulg- C (*not* R)

<sup>3</sup> Ath. PV<sup>2</sup>BD; Anathasio C; Anastasio RVAM

<sup>4</sup> Sozomen CPA; Sozemen R; Sozomeni P<sup>2</sup>VBM; Zozomeni D

<sup>5</sup> Euxodio CPBA?; Euzodio D; Eudoxio M

**82\***

<sup>1</sup>*Augustinus de doctrina Christiana<sup>2</sup> libro II*

Quod Eusebius fecit de temporum historia, propter divinorum librorum questiones que usum eius flagitant, suscipimus.

(*cap. 39*) IP 2.94

<sup>1</sup> Scripta Eusebii de temporum historia suscipienda *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -ana CPBDA; -orum M

**83\***

<sup>1</sup>*Responsiones Adriani pape<sup>2</sup> contra obiectiones quorundam ad Agarum, cap. 18<sup>3</sup>*

Predecessor noster sancte recordationis dominus Stephanus papa quondam sanctissimus, in supradicto concilio presidens, inter plurima veridica testimonia per semetipsum asserens docuit ita. Sed nec illud est pretereundum, quod relatione fidelium de partibus orientis advenientium sepe agnovimus, in quibus licet evangelium sileat, tamen nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, et hoc affirmante ipso evangelio, Multa quidem et alia signa fecit Iesus, que non scripta sunt in libro hoc. Denique fertur ab asserentibus, quod Redemptor numani generis appropinquante die passionis cuidam regi Edessene civitatis desideranti corporaliter

<sup>1</sup> De quodam rege Edissenae civitatis *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Ad. pape CRVAM; ad R' papam PBD

<sup>3</sup> ad Agarum, cap. 18 M; ad Agarum xviii cap. CP<sup>2</sup>V; cap. 18 R; ad Agarum Kar' cap. 18 (*corr. fr.* 8 D) PB; ad Kar' cap. 18 A

eum cernere, et ut persecutiones Iudeorum aufugiens ad illum convolaret, et auditas miraculorum opiniones et sanitatum curationes illi et populo suo impertiret, respondisse, Quod si faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei speciem transformatam in linteo dirigo, per quam et desiderii tui fervorem refrigeres, et quod de me audivisti, impossibile nequaquam fieri existimes. Postquam tamen complevero ea que de me scripta sunt, dirigam tibi unum ex discipulis meis, qui tibi et populo tuo sanitates impertiat, et ad sublimitatem fidei vos perducatur.  
*CB Varia 1C 42]*

#### 84\*

##### <sup>1</sup>*Beda super parabolas Salomonis libro I*

Soli ei conceditur hereticorum libros legere, qui a Deo solidatus est in fide catholica, ut verborum dulcedine vel astutia nequeat ab ea segregari. <sup>2</sup>Item. Furtum non ex sua estimatione sed ex comparatione peccati maioris, id est adulterii, non grandis esse culpa <sup>3</sup> perhibetur <sup>4</sup>.

<sup>1</sup> Soli ei libros haereticorum legere concedendum esse, qui in Deo et in fide firmatus decipi nequit *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Item. Furtum - perhib. CRPVBDA; *om. M*

<sup>3</sup> esse culpa CRP; culpa esse D

<sup>4</sup> *corr. fr. cognoscitur A*

#### 85\*

##### <sup>1</sup>*Beda super Regum lib. II*

Turbat acumen legentium et deficere cogit, qui eos a legendis secularibus litteris omnimodis estimat prohibendos, quibus ubilibet inventa utilia quasi sua sumere licet. Alioquin <sup>2</sup> Moyses et Daniel sapientia vel litteris Egiptiorum <sup>3</sup>, Chaldeorumque <sup>4</sup> paterent eruditi <sup>5</sup> quorum tamen superstitiones <sup>6</sup> simul et delicias horrebant <sup>7</sup>, nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis vel dictis indidisset vel scriptis.

(*cap. IX]* IP 2.133 (*Dist. 37, c. Turbat acumen.*)

<sup>1</sup> Quod subtilitatem legentium turbat, qui eos a saecularibus litteris legendis omnimodis prohibendos esse aestimat *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> nec *add. Fr, om. CPDAM*

<sup>3</sup> non *add M, om. CPBDFr*

<sup>4</sup> se *add. M, om. CPDA*

<sup>5</sup> pat. er. CPDA; paterentur eruditi (-iri *Fr*) M

<sup>6</sup> superstitiones- CPM; sustitit- D

<sup>7</sup> hor CPDA; adhor- M

#### 86\*

##### <sup>1</sup>*Nicolaus papa in concilio apud Convicinum*

Lege imperatorum non <sup>2</sup> in omnibus ecclesiasticis controversiis utendum est <sup>3</sup>, presertim cum conveniat <sup>4</sup> evangelice <sup>5</sup> ac canonice sanctioni aliquotiens obviare.

<sup>1</sup> Legibus imperatorum non in omnibus controversiis ecclesiasticis utendum esse *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> non AM; *om. CRPBD*

<sup>3</sup> con. ut. est. CPM; ut. est con. D

<sup>4</sup> conveniat CPBDM; conveniatur A; inveniuntur *Fr*

<sup>5</sup> [ecclesiasticae] *add. Fr*

(ep. 32, ad episcopos synodi Silvanectensis).CB Varia II 114a; Ctp 1.62.3] IP 2.138 (Dist. 10, c. Lege imperat.)

*Adiecti capitulares, cap. 18<sup>6</sup>*

Lex imperatorum non est supra<sup>7</sup> legem Dei, sed subtus.

IP 2.139

---

<sup>6</sup> Adiecti - 18 CPA; om. DM

<sup>7</sup> supra PVBDA; super CRH

**87\***

*<sup>1</sup>Hieronimus ad Letam de constitutione<sup>2</sup> filie<sup>3</sup>*

Cipriani opuscula semper in manu teneat filia tua, Athanasii epistolas, et Hilarii libros inoffenso decurrat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingeniis, in quorum libris pietas fidei non vacillat. Ceteros sic legat, ut magis iudicet, quam sequatur.

---

<sup>1</sup> Cypriani opuscula, Athanasii, Hilarii firma et in nullo convulsa *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> const- CPBD; inst- AM

<sup>3</sup> cap. 18 *add. D (cf c 86b)*

**88\***

*<sup>1</sup>Ex regula sancti Benedicti, cap. 69<sup>2</sup>*

Quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat, ut recto cursu perveniamus ad Creatorem nostrum? nec non et cellationes patrum et instituta, et vite eorum, sed et regula sancti patris nostri Basilii, quid aliud sunt, nisi bene viventium et obedientium monachorum, instrumenta virtutum?

---

<sup>1</sup> Libros catholicorum Patrum qui sanctorum vitam describunt non reiiciendos *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> 69 CBDA; 19 PV; 63 M; 73 Fr

**89\***

*<sup>1</sup>Isidorus Etimologiarum lib. VI, cap. 7*

Hieronimus atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe querentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

IP 2.95

---

<sup>1</sup> Quod Hieronymus, et Gennadius ecclesiasticos scriptores in uno volumine comprehenderint *add. as rubr.* M

**90\***

*<sup>1</sup>Beda super Actus apostolorum*

Dionisius Areopagita episcopus ordinatus Corinthiorum rexit ecclesiam gloriose, multaque ad utilitatem ecclesie pertinentia que hactenus manent ingenii sui volumina reliquit, cognomen a loco cui preerat accipiens Areopagus.

IP 2.96

---

<sup>1</sup> De utilitate (vilitate Fr) voluminum Dionysii Areopagitae *add. as rubr.* M

**91\****<sup>1</sup>Gregorius in Dialogo lib. II<sup>2</sup>*

Benedictus scripsit monachorum regulam, discretione precipuam, sermone  
luculentam.

*IP 2.97*

---

<sup>1</sup> De discretione Regulae sancti Benedicti *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> II CPDA; II cap. 36 M

**92\****Actio prima<sup>1</sup> Chalcedonensis sinodi<sup>2</sup>*

Gloriosi iudices dixerunt, Dominus noster imperator secundum canonicas  
Epistolas, et constitutiones sanctorum patrum, Gregorii, Basilio, Hilarii, Athanasii,  
Ambrosii et Cirilli credit, et nullo modo ab eorum fide recedit.

---

<sup>1</sup> prima CPBDA; secunda M

<sup>2</sup> sin. CPBDA; concilii M

**93\****Actio quarta<sup>1</sup>*

Gloriosi principes dixerunt, Piissimus imperator iuxta constitutionem  
sanctorum trecentorum decem octo<sup>2</sup> patrum, et confirmationem centum quinquaginta  
patrum, et expositiones sanctorum Gregorii, Basilio, Hilarii, Athanasii, Ambrosii et  
Cirilli credit, et ab eorum fide nullo modo recedit.

---

<sup>1</sup> quarta CPBDA; tertia M

<sup>2</sup> octo C<sup>2</sup>RM; et viiii PD

**94\****<sup>1</sup>Ex libro Pontificali*

Gelasius fecit libros quinque adversus Nestorium et Eutichen, fecit et<sup>2</sup>  
tractatus in modum Ambrosii, item, libros duos adversus Arium. Fecit autem et  
sacramentorum prefationes, et orationes cauto sermone, et epistolas fidei delimito<sup>3</sup>  
sermone multas.

*IP 2.98*

---

<sup>1</sup> De libris Gelasii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> *ss* D

<sup>3</sup> del. CPDA; delinito B; elimato M

**95\****Ex eodem<sup>1</sup>*

Clemens fecit duas epistolas que catholice nominantur.

---

<sup>1</sup> Ex eodem CPDA; De libris Clementis, ibidem M

**96\***

<sup>1</sup>*Beda in Historia Anglorum, libro II, cap. 1*

Libellum sinodicum cum<sup>2</sup> episcopis<sup>3</sup> Italie de necessariis ecclesie causis  
utillimum<sup>4</sup> composuit Gregorius<sup>5</sup>.

<sup>1</sup> De synodico libello Gregorii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> cum CPBDAM; *om. Fr*

<sup>3</sup> episcopis CPBM; epistolis D

<sup>4</sup> utillimum RPBDA; utilissimum CM

<sup>5</sup> comp. Greg. CRPBA; Greg. comp. DM

**97\***

<sup>1</sup>*Gregorius<sup>2</sup> in prologo quadraginta<sup>3</sup> homeliarum*

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, Secundino coepiscopo<sup>4</sup>. Inter sacra  
missarum solempnia, ex his que diebus certis in ecclesia hac legi ex more solent,  
sancti evangelii lectiones exposui quadraginta; et<sup>5</sup> quarumdam quidem<sup>6</sup> dictata  
expositio assistenti<sup>7</sup> plebi est recitata per notarium, quarumdam vero explanationem  
coram populo ipse locutus sum, atque<sup>8</sup> ut loquebar<sup>9</sup> excepta est.

*IP 2.99a*

<sup>1</sup> De quadraginta homiliis Gregorii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> episcopus *add.* M

<sup>3</sup> xl PVAM; xi CRBD

<sup>4</sup> coep- CPM; ep- BD

<sup>5</sup> *ss* P

<sup>6</sup> quidem CPB*Fr*; *om.* DM

<sup>7</sup> *corr. fr.* existenti P

<sup>8</sup> ita *add.* M, *om.* CPBD

<sup>9</sup> -bar VBDAM; -batur CRP

**98\***

*Item<sup>1</sup>*

Easdem homilias eo quo dicte sunt ordine in duobus codicibus ponere curavi,  
et priores quidem viginti que dicte sunt, et posteriores totidem.

*IP 2.99b*

<sup>1</sup> *Item with no break* PVA, *with break* CRBD; De dispositione eorundem (earundem *Fr*). Ibidem M

**99\***

*Gesta quinte sinodi, die tertia*

Sequimur<sup>1</sup> per omnia sanctos patres et doctores ecclesie Athanasium,  
Hilarium, Basilium, Gregorium theologum, et Gregorium Nisenum<sup>2</sup>, Ambrosium,  
Augustinum, Theophilum, Iohannem Constantinopolitanum, Cirillum, Leonem,  
Proculum, et suscipimus omnia que de recta<sup>3</sup> fide, et condemnatione hereticorum

<sup>1</sup> *corr. fr.* -itur P, *obsc. corr.* D

<sup>2</sup> Nis- CPBM; Mis- D

<sup>3</sup> de recta CPM; decreta D

exposuerunt, suscipimus autem et alios sanctos et<sup>4</sup> orthodoxos patres, qui in sancta Dei ecclesia rectam fidem irreprehensibiliter usque in finem sue vite<sup>5</sup> predicaverunt.  
*IP 2.102*

---

<sup>4</sup> et CPBFr; om. DM

<sup>5</sup> sue vite CRPB; vite sue DAM

### 100\*

#### <sup>1</sup>*Sinodus quinta Simmachi pape*

Sinodus dixit<sup>2</sup>, Ea que in libello quem Ennodius nostra auctoritate conscripsit, sicut in nostra presentia relecta<sup>3</sup> sunt, ut propriis manibus roborentur, rogamus, atque<sup>4</sup> in perpetuum conserventur, sicut predictum est, vestra apostolica auctoritate firmentur. Simmachus respondit, Fiat.

---

<sup>1</sup> De confirmatione libelli Ennodii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Et *add. D, om. CPBM*

<sup>3</sup> relecta PVBAM; relicta CR

<sup>4</sup> ut *add. M, om. CPA*

### 101\*

#### <sup>1</sup>*Nicolaus papa Michaeli Augusto*

Sicut<sup>2</sup> magnus Christi confessor<sup>3</sup> Ennodius Ticinensis episcopus qui ab Hormisda apostolice memorie Constantinopolim missus, innumeras miseras a Grecorum vesania pro fide Christi et statu ecclesie non semel pertulit, ex propheta de his meminit, Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam?

*(ep. 2 vel 8) Ctp 1.62.69 med.]*

---

<sup>1</sup> Quid idem Ennodius sentiat de auctoritate Romani pontificis *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Sicut CPVDM; Dicit B

<sup>3</sup> Chr. conf. CPM; conf. Chr. D

### 102\*

#### <sup>1</sup>*Iohannes VIII Bertari<sup>2</sup> abbati*

Absit autem<sup>3</sup> a piis mentibus quid de Romani culminis pontifice sinistram sentire, cum beato Ennodio confessore Ticinensis urbis antistite scribente doceamur quia Deus omnipotens aut claros ad tanta fastigia erigit, aut certe quos elegit illustrat.  
*CB Ioh. VIII 1b]*

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Bertari CPDA; *insc. in mg.* D; Berrario [Bercari] M

<sup>3</sup> autem CPDA; om. M



**103\****<sup>1</sup>Hieronimus ad Amandum<sup>2</sup>*

Obsecro ut tu<sup>3</sup> petas Rufinum<sup>4</sup> plurimum queso, ut tibi beati Rheticii<sup>5</sup> Augustodunensis episcopi commentarium ad describendum largiatur, in quo Cantica<sup>6</sup> canticorum sublimi ore disseruit.

---

<sup>1</sup> De commentario Rheticii Augustodunensis episcopi, in Canticum canticorum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ad Amandum CPA; ad Mandum D; in epist. ad Florentium, quae incipit, In ea mihi parte M

<sup>3</sup> Obsecro ut tu CPBDA; Ob hoc et ego obs. et tu ut M

<sup>4</sup> Rufinum CPDA; *om.* M

<sup>5</sup> Reti- *ss* D

<sup>6</sup> -ica CPDA; -icum M

**104\****<sup>1</sup>Nicolaus Karolo regi maiori*

Relatum est<sup>2</sup> apostolatui nostro quod opus beati Dionisii Areopagite quod de divinis nominibus vel celestibus ordinibus Greco descripsit eloquio, quidam vir Iohannes, genere Scotus, nuper in Latinum transtulerit. Quod iuxta morem nobis mitti, et nostro debuit iudicio approbari, presertim cum idem Iohannes, licet multe scientie esse predicetur, olim non sane sapere in quibusdam frequenti rumore diceretur. Itaque quod hactenus omissum est, vestra industria suppleat, et nobis prefatum opus sine ulla cunctatione mittat, quatenus, dum a nostri apostolatus iudicio fuerit approbatum, ab omnibus incunctanter nostra auctoritate acceptius habeatur.

---

<sup>1</sup> De Ioanne Scoto, quod in quibusdam bene non senserit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Rel. est CM; Rel. RPVDA; Del. BH

**105\****<sup>1</sup>Leo IX<sup>2</sup> contra epistolam Nicete abbatis de monasterio Studii<sup>3</sup>*

Clementis librum, id est<sup>4</sup> Petri apostoli Itinerarium<sup>5</sup>, et canones apostolorum numerarunt sancti patres inter apocripha, exceptis capitulis quinquaginta, que decreverunt regulis orthodoxie<sup>6</sup> adiungenda.

*IP 2.124 (Dist. 16, cap. Clementis.)*

---

<sup>1</sup> De canonibus apostolorum quid in eis recipiendum sit, quid non *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Leo IX CPM; XIII D

<sup>3</sup> de mon. Stud. *in mg.* D<sup>2</sup>

<sup>4</sup> id est CRM; .i. P; unum D

<sup>5</sup> Pet. ap. Itin. CPA; It. (*corr. fr.* Iten- D) Pet. ap. DM

<sup>6</sup> -ie CPBDA; -is M

**106\****<sup>1</sup>Sexta synodus, cap. 2*

Placuit huic sancte synodo ut amodo confirmata et rata sint<sup>2</sup> canonum apostolorum 85 capitula<sup>3</sup>.

*(Constan. in Trullo, c. 2.) Ctp 2.10.8 med.] IP 2.125a (Dist. 16, c. Placuit.)*

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> sint CBAM; sibi t' PV; sit D

<sup>3</sup> cap. BDAM; epistola CRPVH; lxxxv epistola *as rubr.* RH

**107\***<sup>1</sup>*Epistola Isidori in capite canonum*<sup>2</sup>

Isidorus mercator<sup>3</sup>, servus Christi, lectori servo suo<sup>4</sup>. Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis preposuimus canones qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocriphi dicantur, quoniam populares<sup>5</sup> eos recipiunt, et sancti patres eorum sententias sinodali auctoritate roboraverunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Item. Primus ordo, ut predictum est, de celebrando concilio insertus habetur, et postmodum canonum apostolorum ac primorum apostolicorum (id est, a sancto Clemente usque ad sanctum Silvestrum) decretorum atque diversorum conciliorum breviarium interpolatum<sup>6</sup> sequens ordinem suum.

(Ead. dist. eod. c.) IP 2.125b

<sup>7</sup>*Zepherinus papa episcopis per Siciliam*<sup>8</sup>

Sexaginta apostoli sententias prefixerunt cum aliis quamplurimis episcopis, et servandas censuerunt.

IP 2.105 (Dist. 16, c. Sexaginta)

<sup>1</sup> Canones apostolorum aliis conciliis praeponendos *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Ep. Isid. in cap. can. CPBDA; Ex praefatione Isidori in opus canonum M

<sup>3</sup> [peccator] *add.* M

<sup>4</sup> lectori servo suo CPBD; lectori conservo suo A; conservo suo, et parenti fidei, in Domino salutem M

<sup>5</sup> populares CPBD; pop. [plures] M; plures A

<sup>6</sup> -atum CPBD; -atus A; -atur M

<sup>7</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>8</sup> constitutis *add.* M

**108\***<sup>1</sup>*Athanasius Alexandrinus Marco pape*<sup>2</sup>

Septuaginta Niceni concilii capitula que de prefata sinodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quia sunt igne combusta, optamus, ut a sedis sancte<sup>3</sup> ecclesie vestre auctoritate, percipere per presentes legatos mereamur. Item. Presentibus nobis, octoginta in memorata sinodo capitula tractata sunt, scilicet quadraginta<sup>4</sup> a Grecis, Greca edita lingua, et quadraginta a Latinis, similiter Latina edita lingua<sup>5</sup>. Sed visum 318 episcopis est in predicto sancto Spiritu repletis<sup>6</sup> concilio congregatis, et maxime iam dicto Alexandro, et apostolice sedis apocripiariis, ut decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, et ad formam septuaginta discipulorum, vel totius orbis terre linguarum septuaginta tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, que omnem<sup>7</sup> Christianorum informarent<sup>8</sup> orbem.

IP 2.106 (Dist. 16, c. Septuaginta).

<sup>1</sup> De 70 capitulis Nicaeni concilii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> *insc. in text in black* D

<sup>3</sup> sedis sancte CDM; sancte sedis PV; sed' sancte A; sede sancte B

<sup>4</sup> *corr. fr.* lxl D

<sup>5</sup> et quad. a Lat. - lingua *at head of leaf* D

<sup>6</sup> 318 episc. est in pred. Sp. sancto repl. CPA; est 319 episc. in pred. Sp. sancto repl. D; est 318 episcopis, Spiritu sancto repletis in predicto M

<sup>7</sup> omnem CPM; omnium D

<sup>8</sup> inform- RPVB<sup>2</sup>DAM; infirm- CB

**109\****<sup>1</sup>Marcus papa Athanasio episcopo<sup>2</sup>*

De capitulorum verorum Niceni concilii exemplaribus, quibus<sup>3</sup> vos interfuisse litteris vestre fraternitatis significastis, a nostris, qui una vobiscum interfuerunt diligentioribus requisivimus collocutionibus, qui ita, ut vestre testate sunt littere, omnem nobis ordinem exposuerunt, et epistolam vestram per omnia veram esse testati sunt, non ut nos vestra ex parte aliquid sinistrum arbitraremur, sed quod nos et vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, et sancta Romana ecclesia que semper immaculata mansit, et domino providente, et beato Petro opem ferente in futuro manebit, sine ulla hereticorum insultatione, firma et immobilis omni tempore persisteret. His ita peractis, diligenter inquirentes in sancto nostre et apostolice sedis servitio<sup>4</sup>, eadem que sancte recordationis predecessori meo Silvestro<sup>5</sup> sunt directa, septuaginta, sicut significastis, capitula illesa invenimus.

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> et omnibus Aegyptiorum episcopis *add. M, om. CPDA*

<sup>3</sup> quibus CPDA; cui M

<sup>4</sup> [scrinio] *add. Fr*

<sup>5</sup> *D fo. 54v ends; text resumes in 5.1 below.*

**110\****<sup>1</sup>Epistola Isidori in capite canonum*

Plura quam illa viginti capitula, que apud nos habentur Nicene sinodi reperimus et in decretis Iulii pape 70 eiusdem sinodi esse debere legimus.

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

**111\****<sup>1</sup>Iulius papa Eusebio, Teogrio<sup>2</sup>, Theodoro,<sup>3</sup> Berintho<sup>4</sup>*

Sequuntur hec ex predicto concilio Niceno capitula. Id est, 18, 19, 21, 23, 26, 27, 28, 30, 40, 41, 45, 47, 49, 51, 52, 53, 54, 58, 55, 57,<sup>5</sup> 59<sup>6</sup>, 60, 61, 62, 63, 66.

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Teogrio CBA; Teogno P; Tegneo [Theogonio] M

<sup>3</sup> et *add. M, om. CPA*

<sup>4</sup> etc. *add. M*

<sup>5</sup> 58, 55, 57 CPB; 55, 57, 58 AM

<sup>6</sup> *ss P*

**112\****<sup>1</sup>Leo Anatolio episcopo*

Nulla sibimet de multiplicatione sinodalia congregationis concilia blandiantur, neque trecentis illis octodecim episcopis quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se vel preferre audeat, cum tanto divinitus privilegio Nicena sit sinodus

---

<sup>1</sup> Quod nullum concilium vel praeferre vel comparare se audeat Nicaeno concilio *add. as rubr.* M

consecrata, ut sive per pauciores<sup>2</sup> sive per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione divisum<sup>3</sup>.  
(*ep. 51*).

---

<sup>2</sup> sive per pauc. *ss V*

<sup>3</sup> [diversum] *add. Fr*

### 113\*

#### *Item*<sup>1</sup>

Sancti illi<sup>2</sup> venerabiles patres, qui in urbe Nicena sacrilego Ario, cum sua impietate dampnato, mansuras usque in finem seculi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, et apud nos in toto orbe terrarum, in suis constitutionibus vivunt, et si quid usquam aliter quam statuerunt presumitur, sine cunctatione cassatur.

(*Post pauca.*)

---

<sup>1</sup> Item *with break CR, with no break PVA*; Item de auctoritate Nicaeni concilii M

<sup>2</sup> et *add. Fr, om. CPAM*

### 114\*

#### <sup>1</sup>*Nicolaus*<sup>2</sup> *Michaeli imperatori*

Nos non numerosum tantum sanctorum episcoporum collegium Niceni vel Chalcedonensis conciliorum, ceterorumque sanctorum patrum sinodicas constitutiones sequimur, sed illorum liberales veneramus, iustas et divinitas sententias, et non tantum pro suorum multitudine observantur a nobis.

---

<sup>1</sup> Item de auctoritate Nicaeni, et Chalcedonensis concilii *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> papa *add. M, om CPA*

### 115\*

#### <sup>1</sup>*Novellarum constitutio*<sup>2</sup> 115, *cap. 1*

Quatuor sanctorum conciliorum canones pro legibus habeantur.

*Jul. epit. 119.1*

---

<sup>1</sup> De auctoritate quatuor conciliorum *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> -io CPA; -ione M

### 116\*

#### <sup>1</sup>*Gregorius clero et plebi Ravenne*<sup>2</sup>

Veneramus sanctam Nicenam sinodum, in qua Arius; Constantinopolitanam, in qua Macedonius; Ephesinam primam, in qua Nestorius; et sanctam Chalcedonensem sinodum, in qua idem Nestorius, Dioscorus atque Eutiches dampnati sunt. Si quis autem contra harum quatuor sinodorum fidem<sup>3</sup>, et contra sancte memorie Leonis pape tomum atque definitionem aliquid unquam loqui presumit, anathema sit.

---

<sup>1</sup> Quae sint quatuor concilia *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> ep. ii lib. v *add. M. Insc. in black as text, with no break PV*

<sup>3</sup> in qua Macedonius – fidem *over erasure V*<sup>2</sup>

**117\***

<sup>1</sup>*Gregorius<sup>2</sup> Iohanni<sup>3</sup> Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio<sup>4</sup> Antiocheno, Iohanni Hierosolimitano,<sup>5</sup> Anastasio expatriarcho<sup>6</sup> a paribus*

Sicut sancti evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor. Nicenum scilicet, in quo perversum Aarii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque in quo Eunomii et Macedonii error convincitur, Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Chalcedonense vero, in quo Eutichis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio, quia in his, velut in quadrato lapide, sancte fidei structura consurgit, et cuiuslibet vite atque actionis norma consistit. Quisquis soliditatem eorum non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra edificium iacet. Quintum quoque concilium veneror, in quo epistola, que Ibe dicitur, erroris plena reprobatur. Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus subsistentiis<sup>7</sup> separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur; scripta quoque Theodori, per que B. Cirilli fides reprehenditur, ausu dementie prolata refutantur. Cunctas vero quas prefata veneranda concilia respuunt personas respuo; quas venerantur amplector, quia dum universali sunt consensu constituta, se et non illa destruit quisquis presumit aut solvere quos religant, aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. *Ctp 2.10A. 3J (Dist. 15, c. Sicut sancti.)*

<sup>1</sup> Item de eodem, et de quinto concilio *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> epistol. 24, lib. I *add.* M

<sup>3</sup> episcopo *add.* M, *om.* CPBA

<sup>4</sup> Greg. M; *om.* CPBA

<sup>5</sup> et *add.* M, *om.* CPBA

<sup>6</sup> expatr- CPBA; patr- Antiocheno M

<sup>7</sup> subsistentiis CPA; substantiis M [subsistentiis] *add. Fr*

**118\***

<sup>1</sup>*Gregorius servo Dei Secundino<sup>2</sup> incluso*

Quotiens in quatuor precipuis sedibus antistites ordinantur, sinodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem sinodum, cum aliis generalibus sinodis custodire fateantur, sicut et nos adversamur, et anathemate plectendos ducimus, si qui de fide eiusdem sinodi aliquid imminuere, vel aliquid in ea addere presumunt. Nam sinodus que post eam generaliter facta est, idcirco a nobis recipitur, quia eiusdem sinodi in omnibus sequens tenorem, illius auctoritatem<sup>3</sup> custodit.

<sup>1</sup> Item de auctoritate quatuor conciliorum, et quinti *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> servo Dei Sec. CPB; Sec. servo Dei AM

<sup>3</sup> -atem CPM; -atemque A

**119\***

<sup>1</sup>*Beda de temporibus*

Sinodus Aquileie facta, ob imperitiam fidei, quintum universale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus beati pape Sergii monitis instructa, et ipsa huic cum ceteris Christi ecclesiis annuere consentit.

*CB Varia IC 115a] IP 2.112*

<sup>1</sup> Item de auctoritate quinti concilii *add. as rubr.* M

**120\****<sup>1</sup>Leo II Constantino Augusto*

Legatos huius apostolice sedis, matris vestre<sup>2</sup> Romane ecclesie, servos pietatis vestre Theodorum et Georgium presbiteros, et Iohannem diaconum, et Constantinum subdiaconum regionarium, cum aliis que a beate memorie predecessore nostro Agathone papa ex precepto serenitatis vestre transmissa sunt, et divinas litteras vestras, et gesta sancte sinodi cum gaudio multo exsultantes in Domino suscepimus. Item<sup>3</sup>. Cognovimus quando sancta et universalis sinodus, que per gratiam Dei ex imperiali vestro precepto nuper Constantinopoli congregata est, eadem que universalis sinodus que in hac apostolica sede convenit, cui et humilitas nostra preluit, sapuit et definivit de fide catholica. Item. Quoniam sicut dictum est, sancta sexta sinodus recte fidei definitionem perfecte predicavit, quam et apostolica sedes beati Petri cui, quamvis indigni, deservimus, reverenter suscepit, propterea et nos, per nostram constitutionem, adoranda hec et apostolica sedes ea que in illa sunt constituta comprobant et auctoritate beati Petri confirmant. Propterea sicut recipimus et firmiter predicamus quinque sanctas et universales sinodos, id est Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, itemque Constantinopolitanam, quas omnes ecclesia Christi confirmat et sequitur, sic et hanc que nuper Constantinopoli sub serenitate vestra facta est, sicut eas sequentem et interpretantem simili veneratione suscipimus, et digne eis connumerari precipimus.

---

<sup>1</sup> De auctoritate sextae synodi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> vestre CPA; nostre M

<sup>3</sup> Item CPA; *om.* M; H *begins cap. here*

**121\****Actio quarta septime<sup>1</sup> sinodi*

Petrus episcopus Nicomedie<sup>2</sup> dixit, Habeo librum continentem canones sancte sinodi sexte. <sup>3</sup>Patriarcha dixit, Quidam per ignorantiam scandalizantur pro canonibus istis dicentes, Numquid sexta sinodus canones fecit? Sciant ergo quoniam sancta sinodus sexta sub Constantino congregata est, contra eos qui dicebant unam operationem et voluntatem in Christo. In qua sancti patres illos ut hereticos anathematizaverunt, et orthodoxam fidem explanaverunt, et soluta sinodus est Constantini decimo quarto anno. Post quatuor vero aut quinque annos iidem sancti patres congregati sunt, sub Iustiniano filio Constantini, et predictos canones promulgaverunt, ut nullus de eis dubitet. Qui enim sub Constantino in sinodo fuerunt, iidem ipsi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim ut sinodus universalis canones ecclesiasticos promulgaret.

*Ctp 2.10A.4]*

*Actio 6, tomo I, contra falsam septimam sinodum*

Septima sinodus, quomodo dicitur que non concordat precedentibus sex universalibus sinodis? Omne quod septimum ponitur consequens debet habere cum rebus prenumeratis. Si vero in nullo rebus prenumeratis participat, nec eis connumerari potest. Item. Sancta sexta sinodus, et universalis, post promulgatam ab

---

<sup>1</sup> sept. CPA; sextae M

<sup>2</sup> ep. Nich. CPA; Nich. ep. M

<sup>3</sup> Tharadius *add. A, om* CPBM

ea definitionem contra Monothelitas, Constantino imperatore qui congregaverat eam, non multo post defuncto, et Iustiniano filio eius regnante pro eo, eadem sancta synodus divinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto aut quinto anno congregata est, et canones numero centum duos ad correptionem ecclesie promulgavit.

*Ctp 2.10A.5J (Dist. 16, cap. Habeo librum.)*

### 122\*

<sup>1</sup>*Adrianus*<sup>2</sup> *papa Tarasio patriarche. Actio secunda septime sinodi*<sup>3</sup>

Sanctam sextam synodum recipio cum omnibus canonibus suis in quibus dicitur, In quibus scripturis<sup>4</sup> sanctarum imaginum agnus precursoris digito ostensus depingitur, qui in tipum gratie assumptus verum nobis per legem Moisi premonstrat Agnum Iesum Christum Dominum nostrum. Antiquis igitur figuris et umbris ad veritatis prefigurationem ecclesie sancte traditis valedicentes, gratiam et veritatem preferimus, et sicut plenitudinem legis recipimus. Verum igitur agnum<sup>5</sup> Dominum nostrum Iesum Christum secundum<sup>6</sup> humanam imaginem<sup>7</sup> amodo et in imaginibus pro veteri agno<sup>8</sup> depingi iubemus.

*Ctp 2.10A..6J (Dist. 16, cap. Sextam syn.)*

<sup>1</sup> Item de auctoritate sextae synodi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Adrianus CRPM; Anacletus H

<sup>3</sup> sept. sin. CPA; syn. sept. M

<sup>4</sup> quib. scr. CPBH; quibusdam picturis AM

<sup>5</sup> qui *add. M, om.* CPBA

<sup>6</sup> secundum P<sup>2</sup>M; sed CRPBA

<sup>7</sup> effigiat *add. M, om.* CPBA

<sup>8</sup> et in (ss A) im. pro vet. agno CPBA; pro vet. agno in imag. *om.* M

### 123\*

<sup>1</sup>*Epistola septime sinodi ad Iustinianum filium Constantini*

Quoniam sancte et universales sinodi quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto de misterio fidei plenissime disputantes canones non fecerunt, sicut quatuor ceterae universales sinodi, propterea nos convenientes in hanc imperialem urbem, canones scripsimus.

*Ctp 2.10A..8aJ (Dist. 16, c. Quoniam.)*

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

### 124\*

<sup>1</sup>*Ex libro Pontificali*

Philippus hereticus ad imperialem promotus est arcem, cuius et sacram<sup>2</sup> cum pravi dogmatis execratione suscepit sedem, apostolice sedis concilia respuit, huius rei causa zelo fidei accensus omnis ceterus Romane urbis imaginem, quam Greci pan vocant, sex continentem sanctas et universales sinodos, in ecclesia Beati Petri erexit. Item. Leo Iunior suscepit sanctam sextam synodum, que per Dei providentiam nuper regia<sup>3</sup> urbe celebrata est, Greco eloquio scripta<sup>4</sup>, exsequente ac residente<sup>5</sup> piissimo ac clementissimo magno principe Constantino.

<sup>1</sup> Item de confirmatione sextae synodi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> sacram CPBA; sanctam M

<sup>3</sup> in *add. M, om.* CPBA

*IP 2.114 from Leo iunior*

<sup>4</sup> -ta CPA; -tam M

<sup>5</sup> res- CPBA; pres- M

### 125\*

<sup>1</sup>*Beda de temporibus*<sup>2</sup>, *cap. 639*<sup>3</sup>

Sexta sinodus universalis Constantinopoli celebrata est, et<sup>4</sup> Greco sermone conscripta, temporibus pape Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolice sedis, et episcopis centum quinquaginta residentibus. Prima enim universalis sinodus in Nicea<sup>5</sup> congregata est contra Arium, trecentorum et octodecim patrum, temporibus Iulii pape sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli, centum quinquaginta patrum, contra Macedonium, et Eudoxium, temporibus Damasi pape et Gratiani principis, quando Nectarius eiusdem urbis episcopus est ordinatus<sup>6</sup>. Tertia, in Epheso, ducentorum patrum contra Nestorium Auguste urbis episcopum sub Theodosio magno principe, et papa Celestino<sup>7</sup>. Quarta, in Chalcedone, sexcentorum et triginta patrum sub Leone papa, temporibus Martiani principis<sup>8</sup>, contra Eutichen nefandissimorum presulem monachorum. Quinta in Constantinopoli temporibus Vigilii pape, sub Iustiniano principe, contra Theodorum, et omnes hereticos. Sexta de qua in presenti diximus. Item. Constantinus papa<sup>9</sup> fecit picturas in porticu Sancti Petri, que acta sex sanctarum sinodorum universalium continerent. Nam et huiusmodi picturas cum haberentur in urbe regia, Philippus iusserat auferri, statuitque populus Romanus ne heretici imperatoris nomen in chartas aut figuram solidi susciperent. Unde nec eius effigies in ecclesia introducta est, nec nomen ad missarum solempnia prolatum. *Ctp 2.10A.2 to et omnes hereticos] IP 2.113 to quinquaginta residentibus, IP 2.111 from Quinta in Const. - omnes hereticos (Dist. 16, c. Sexta).*

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> quattuor *add.* A, *om.* CPM

<sup>3</sup> 639 RPVLA; 4639 C; 65 M

<sup>4</sup> *ss* P

<sup>5</sup> -ea CPA; ? B; -ena M

<sup>6</sup> est *add.* P

<sup>7</sup> Tertia - Cel. C<sup>1</sup>M; *om.* CRPBA

<sup>8</sup> eiusdem urbis episcopus – principis] eiusdem urbis episcopus est ordinatus. Tercia Efesina prima in qua Nestorii impietas adnullatur, Quarta – Martiani principis V<sup>2</sup> (*all over eraure*)

<sup>9</sup> papa CPBA; imperator M

### 126\*

*Responsiones Adriani pape contra obiectiones quorumdam, ad Karolum, cap. 35*

Sancta sexta sinodus fideliter per canones orthodoxie<sup>1</sup> statuens, ista<sup>2</sup> constituit dicens, In quibusdam venerabilium imaginum picturis, agnus digito precursoris monstratus designatur qui in signum relictus est gratie. Et post pauca. Secundum humanam figuram et in<sup>3</sup> imaginibus, at<sup>4</sup> nunc pro veteri agno retitulari decernimus. *CB Varia IC 46]*

<sup>1</sup> -xie CPA; -xe M

<sup>2</sup> ista CPA; ita M

<sup>3</sup> in CBAM; *om.* PV

<sup>4</sup> at CPBA; et M; ac V



**127\****Item<sup>1</sup> cap. 60*

Superius exaravimus septime sinodi divina dogmata<sup>2</sup> irreprehensibilia existentia, sicut precipuorum sanctorum patrum mirifice demonstrant opuscula. Nam si quis<sup>3</sup> predictae sinodi simbolo discrepare se dixerit, discrepare videtur sanctarum sex sinodorum simbolo.

*CB Varia 1C 50J*

---

<sup>1</sup> Item CPA *with no break*; Responsiones - Karolum (*see c 126*) H; De receptione septimae synodi M

<sup>2</sup> sept. sin. div. dog. CPA; septem divina dogmata synodi M

<sup>3</sup> a *add. in mg.* P

**128\****<sup>1</sup>Item cap. 25<sup>2</sup>*

Ipsam septimam sinodum suscepimus<sup>3</sup>. Nam si eam minime recepissemus, ad suum pristinum vomitum erroris fuissent reversi Greci<sup>4</sup>, qui pro tot millibus animarum Christianorum interitu habemus reddere rationem.

*CB Varia 1C 54J IP 2.116*

---

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> 25 CPA; 30 M

<sup>3</sup> -epimus CPA; -ipimus M

<sup>4</sup> rev. Gr. CPA; Gr. rev. M

**129\****<sup>1</sup>In prologo Historie Anastasii bibliothecarii Romane ecclesie.*

Sufficere arbitror ad preconium Theophanii<sup>2</sup> chronographi, quod a sede approbatus sit apostolica, quando scilicet vicarii eius una cum trecentis quinquaginta patribus in Nicena urbe secundo convenientes universalem sinodum celebrarunt. Siquidem et laus eius in eodem septimo sancto concilio<sup>3</sup> reperitur.

*IP 2.115*

---

<sup>1</sup> De laude Theophani *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -nii CPB; -ni AM

<sup>3</sup> s. conc. CPA; conc. s. M

**130\****Item<sup>1</sup>*

Constantinus cum Irene matre regnavit annos decem, mensibus duobus, diebus duobus. Horum anno nono facta est sinodus Nicena secundo<sup>2</sup> trecentorum quinquaginta sanctorum patrum.

---

<sup>1</sup> Item *with no break* CPA; De secunda Nicaena synodo inter universales octava M

<sup>2</sup> -do CPA; -da M

**131\****Item*<sup>1</sup>

Anno imperii Irene<sup>2</sup> et Constantini octavo, exivit Tharasius archiepiscopus sanctissimus Constantinopoleos in Niceam<sup>3</sup> civitatem, et celebrata est septima sancta et<sup>4</sup> universalis synodus.

*Ctp 2.12.pref.]*

<sup>1</sup> *no break* PVA; de eodem *add.* M

<sup>2</sup> -ne CPA; -nes M

<sup>3</sup> -eam CPA; -enam M

<sup>4</sup> sept. sancta et CPA; sancta octava M

**132\***

*<sup>1</sup>Ex libro diurno professio Romani pontificis*

Sancta VIII universalis concilia, id est<sup>2</sup> Nicenum,<sup>3</sup> Constantinopolitanum,<sup>4</sup> Ephesinum primum<sup>5</sup>, Chalcedonense quintum et sextum<sup>6</sup>. Item. <sup>7</sup>Constantinopolitana<sup>8</sup> et VII<sup>9</sup>. Item Nicenum VIII quoque constanter<sup>10</sup>, usque ad unum<sup>11</sup> apicem immutilata servare, et pari honore et veneratione digna habere, et que predicaverunt<sup>12</sup> et statuerunt omnibus modis<sup>13</sup> sequi et predicare, queque condempnaverunt ore et corde condempnare profiteor.

*CB Varia II 129; Ctp 2.10A.1] IP 2.103 (Dist. 16, c. Sancta.)*

<sup>1</sup> De octo universalibus conciliis *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> I *add.* M

<sup>3</sup> II *add.* M

<sup>4</sup> III *add.* M

<sup>5</sup> primum CPA; *om.* M; IV *Fr*

<sup>6</sup> quint. et sext. CPA; quartum et quintum M; *om. Fr*

<sup>7</sup> V *add. Fr*

<sup>8</sup> -ana CPA; -anum M

<sup>9</sup> et VII CPA; VI M; et VI *Fr*

<sup>10</sup> VIII quoque constanter CPA; VII [Octavum quoque Constantinopolitanum] M

<sup>11</sup> usque ad unum *CRPFR*; ad unum usque M

<sup>12</sup> -averunt CPA; -arunt M

<sup>13</sup> omn. mod. CPA; omnimodis M

**133\***

*<sup>1</sup>Iohannes VIII, Neopolitanis, Salernitis et Amalfitanis<sup>2</sup>*

Quia fidelibus, et misterium Christianitatis scientibus loqui nos credimus, per sacrarum scripturarum testimonia longius tendere devitantes, dilectioni vestre Donatum venerabilem episcopum, cuius laus est in sancta synodo octava, et Eugenium religiosum presbiterum, dilectos fideles, et consiliarios nostros ecce dirigimus.

*CB Ioh. VIII 50]*

<sup>1</sup> De commendatione Donati et Eugenii episcoporum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> [Melfitanis] *add.* M; *insc. in text*, P, in *mg V*, both with no break

**134\***<sup>1</sup>*Sexta synodus cap. 2*

Confirmamus sanctorum patrum canones et sinodos, id est Nicenam, Anciranam, Neocesariensem, Gangrensem, Antiochensem, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem et<sup>2</sup> Carthaginensem<sup>3</sup>. Et opuscula Theophili Alexandrini episcopi et Dionisii Alexandrini episcopi et martiris et<sup>4</sup> Gregorii thaumaturgi Neocesariensis episcopi, Athanasii Alexandrini episcopi<sup>5</sup>, Basilii Cesaree Cappadociae episcopi, Gregorii Nisseni episcopi, Gregorii theologi, Amphilocho Biconiensis<sup>6</sup> episcopi, Timothei Alexandrini episcopi<sup>7</sup>, Cirilli Alexandrini episcopi<sup>8</sup>, Germani Constantinopolitani episcopi, Cipriani Carthaginensis episcopi, et sinodum suam<sup>9</sup>.

*Ctp 2.10A. 8b] IP 2.117a (Dist. 16, c. Quoniam sancte.)*

<sup>1</sup> Quae concilia et quorum sanctorum Patrum opuscula sint authentica *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> et CPBA; *om.* M

<sup>3</sup> Constantinopolitanam sub Nectario *add.* M, *om.* CPBA

<sup>4</sup> Theophili (Theosii CRPH) .. Dionisii (Diosii CRPH) .. martiris et CRPHA; Theosii Alex. ep. et martiris et B; Theodosii [Theophili], qui fuit Alexandriae archiepiscopus; quin etiam Dionysii archiepiscopi Alexandrinorum Megalopolis, (et *add. Fr*) Petri Alexandriae archiepiscopi et martyris, M

<sup>5</sup> -rini ep- CPBA; -rie archiep- M; Ath. Alexandrini ep. *in mg.* V<sup>2</sup>

<sup>6</sup> -iensis CPBA; -onensis [Iconii] M

<sup>7</sup> ep- CPBA; archiep- M

<sup>8</sup> Alex. ep. CPBA; eiusdem Alexandriae archiepiscopi M

<sup>9</sup> suam CPA; eius M

**135\***<sup>1</sup>*Nicolaus Photio*

Quod dicitis neque Sardicense concilium neque decretalia vos habere pontificum sanctorum, vel recipere, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium quod penes vos in vestris regionibus<sup>2</sup> actum est, et omnis ecclesia recipit, qua ratione convenerit ut hec sancta Constantinopolitana ecclesia abiceret et, ut dictum<sup>3</sup> est, non retineret?

*Ctp 1.62.15] IP 2.100, 2.117b (Dist. 16, c. Quod dicitis.)*

<sup>1</sup> De auctoritate Sardicensis concilii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> vestris reg. CPA; reg. vestris M

<sup>3</sup> dictum CPBAM; dignum *Fr*

**136\***<sup>1</sup>*Benedictus papa Hicmaro archiepiscopo*

Sinodi textum in momentis<sup>2</sup> ventilantes intuitu, quam apud Suessionis civitatem tua beatitudo statuit celebrare, cum episcopis tue dioceseos et archiepiscopis Welenone Senonensi, et Amalrico Turonensi aliisque episcopis, ea que ad profectum sancte ecclesie noscuntur piis auctoritatibus statuta sancitaque reperimus.<sup>3</sup> Item. Diffinitiones fraternitatis tue, et ceterorum episcoporum quas in presenti synodo, apostolicis canonicisque auctoritatibus, propriis digitis reborasti, ratas easdem apostolica in omnibus fore promulgamus auctoritate, semperque manere statuimus, ut inde questio nullis aliquando temporibus oriatur. Item. Et ne quilibet contra eadem

<sup>1</sup> De auctoritate synodi apud Suessionis civitatem celebratae *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> monumentis *obsc. corr.* P

<sup>3</sup> H *ends cap. here*

statuta canonica et decreta Romanorum pontificum, manus pertinaciter inferre presumat, cum anathematis interpositione nostra apostolica, et beati Petri apostolorum principis auctoritate prohibemus.

(*epist. 1*)

### 137\*

<sup>1</sup>*Nicolaus Igmario*<sup>2</sup>

Sinodum illam, que<sup>3</sup> a te et ceteris<sup>4</sup> venerabilibus archiepiscopis atque episcopis<sup>5</sup> in urbe Suessionis anno Incarnationis dominice 853, indictione prima, quinto Kalendarum Maii fuerat celebrata, et a predecessore nostro beate memorie Benedicto papa est confirmata, sicut idem sancte recordationis pontifex illam confirmavit, ita et nos eam confirmatam, et irrefragabilem perpetuoque mansuram, apostolica auctoritate decernimus, salvo tamen Romane sedis in omnibus iussu atque iudicio.

(*In Appendice ad epistolas Nicolai I, epist. 6.*)

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Igmario CPA; Hycmaro B; papa Hincmaro archiepiscopo M

<sup>3</sup> que CPA?; qua M

<sup>4</sup> cet. CPBA; *om.* M

<sup>5</sup> arch. atque ep. RPBA; arch. et ep. C; ep. et arch. M

### 138\*

<sup>1</sup>*Augustinus, De unico baptismo, lib. II*

Concilia posteriora prioribus apud posteros preponuntur, et universum partibus semper optimo iure preponitur. Item.<sup>2</sup> Ipsa concilia que per singulas regiones vel provincias fiunt, plenariorum conciliorum auctoritati, que<sup>3</sup> fiunt ex universo orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedunt; ipsaque plenaria sepe priora a posterioribus emendantur, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, et cognoscitur quod latebat, sine ullo tipo sacrilege superbie.

(*cap. 3) CB Varia 1C 2g, II 62]*

---

<sup>1</sup> Quod priora concilia per posteriora saepe emendentur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> H *begins cap. here*

<sup>3</sup> fiunt - quae *in mg.* P

### 139\*

<sup>1</sup>*Alexander II episcopis et regi Dalmatarum*

Notificamus omnia capitula que per confratres nostros venerabiles, Mainardum scilicet collateralem episcopum nostrum, et Iohannem, archipresulem nostrum, in Spoletio aliisque civitatibus sunt statuta, eadem in Romana sinodo seriatim ea referente, a beate memorie predecessore nostro Nicolao, apostolica auctoritate roborata, et sub anathematis interpositione firmata<sup>2</sup>.

*CB Alexander II 4a]*

---

<sup>1</sup> De auctoritate Mainardi episcopi et Ioannis archiepiscopi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> firmata CPBA; roborata M

**140\****<sup>1</sup>Ambrosius contra Axentium<sup>2</sup> de tradendis basilicis*

Petrus, victo Simone, cum precepta Dei populo seminaret, doceretque castimoniam, excitavit animos gentilium, quibus cum querentibus Christiane anime deprecate sunt ut paulisper cederet; et quamvis esset cupidus passionis, tamen deprecatione populi precantis inflexus est. Rogabatur enim ut ad instruendum et confirmandum populum se reservaret. Quid multa? Nocte muros egredi cepit, et videns sibi in porta Christum occurrere urbemque ingredi ait, Domine, quo venis? Respondit Christus, Venio iterum Romam crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem divinum pertinere responsum. Christum enim non oportuerat iterum crucifigi, qui carnem passionis suscepta morte exuerat. Quod enim mortuus est, semel mortuus est; quod autem vivit, vivit Deo. Intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo, sponteque remeavit. Interrogantibusque Christianis, responsum reddidit, statimque correptus per crucem suam honorificavit Dominum Iesum.

*CB Varia 1B 52]*

<sup>1</sup> De morte Petri apostoli *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Amb. contra Axent. CPBA; Ex oratiove (-one *Fr*) Ambrosii contra Auxentium M

**141\****<sup>1</sup>Responsio<sup>2</sup> Adriani pape ad obiectiones quorundam ad Karolum<sup>3</sup>, cap. 17*

Vite patrum sine probabilibus auctoribus minime in ecclesia leguntur. Nam ab orthodoxis titulate, et suscipiuntur et leguntur. Magis enim passiones sanctorum martirum sacri canones censent, ut liceat eas etiam in ecclesia legi, cum anniversarii dies eorum celebrantur.

*CB Varia 1C 53] IP 2.126*

<sup>1</sup> Ut vitae Patrum sine probabilibus auctoritatibus scriptae minime legantur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -onsio CPB; -onsiones M; A *unclear*

<sup>3</sup> imperatorem *add. M, om.* CPBA

**142\****<sup>1</sup>Hieronimus ad Tranquillinum*

Ex parte ego sic Origenem propter eruditionem interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, et Novatum, Arnobium et Apollinarem, et nonnullos ecclesiasticos scriptores Grecos pariter et Latinos, ut bona eorum eligamus, vitemusque contraria.

<sup>1</sup> Quomodo Origenes et alii haeretici sunt legendi *add. as rubr.* M

**143\****<sup>1</sup>Cassiodorus in prologo tripartite historie*

Historia ecclesiastica<sup>2</sup> que a cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, a tribus Grecis auctoribus mirabiliter constat esse conscripta<sup>3</sup>, uno scilicet Theodorico<sup>4</sup> venerabili episcopo, et duobus disertissimis viris Sozomeno et Socrate,

<sup>1</sup> De auctoritate ecclesiasticae historiae *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -oriam -ticam M

<sup>3</sup> -ta CPA; -tam M

<sup>4</sup> -ico CPBA; -eto M

quos nos per Epiphanium scholasticum Latino condentes eloquio, necessarium duximus eorum dicta deflorata, in unius stili tractu Domino iuvante perducere, et de tribus auctoribus unam facere dictionem<sup>5</sup>. Item. Legat intrepidus qui, Domino iuvante, ad<sup>6</sup> opuscula pervenerit<sup>7</sup>, multum utilitatis et notitiae lucraturus, si que posita sunt per hos duodecim libros, memorie sue sollicita mente condiderit<sup>8</sup>.

*IP 2.92*

<sup>5</sup> dict- CPBA; edit- M

<sup>6</sup> hec *add.* M, *om.* CPB; ad *before* Domino A

<sup>7</sup> perven- CPBA; ven- M

<sup>8</sup> condiderit CPA; crediderit M

#### 144\*

<sup>1</sup>*In Vita beati Gregorii<sup>2</sup>, libro quarto, cap. 71*

Epistolarum tot libros in scrinio reliquit Gregorius, quot annos in episcopatu vixit. Unde decimum tertium epistolarum librum septime indictionis<sup>3</sup> imperfectum reliquit, quoniam ad eius<sup>4</sup> indictionis terminum non pervenit.

<sup>1</sup> Quot epistolas Gregorius reliquerit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> papae *add.* M

<sup>3</sup> ep. - ind. CPBA; librum epistolarum indictionis septime M

<sup>4</sup> eius CPBAM; *om.* Fr

#### 145\*

<sup>1</sup>*Ex libro Pontificali*

Sub Pii pape episcopatu Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur quod ei precepit angelus Domini cum venit ad eum in habitu pastoris, et precepit ei ut pascha Domini die dominico celebraretur.

<sup>1</sup> De libro quem Hermes scripsit *add. as rubr.* M

#### 145A (V)

*Leo Tur<i>bio episcopo*

Curandum est et sacerdotali diligentia providendum – errare demonstrat.  
*cf below c 153*

#### 146\*

<sup>1</sup>*Beda de temporibus<sup>2</sup>*

Theodosius<sup>3</sup> archiepiscopus, et Adrianus abbas vir eque doctissimus, a Vitaliano papa missi Britanniam, plurimas ecclesias Anglorum doctrine ecclesiastice fruge fecundarunt. E quibus Theodorus peccantium iudicia, quantis scilicet annis pro unoquoquo peccato quis penitere debeat mirabiliter scripsit.

*CB Varia 1C 114]*

<sup>1</sup> De poenitentiali Theodori *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> cap. 4622 *add.* C<sup>2</sup>, *om.* CBPAM

<sup>3</sup> Theodosius RPBVA; Theodorus CR<sup>2</sup>M

**147\****<sup>1</sup>Leo nonus Michaeli patriarche*

Recordamini illius nefande synodi, quam voluerunt vocari septimam nostri heresiarche, quorum conspiratione ipsius Domini nostri Iesu Christi, et sanctorum reverende imagines aut flammis tradite sunt, aut aquis submerse, picture vero de parietibus basilicarum delete. Quibus quamvis restiterit Romanorum pontificum auctoritas, pre cunctis tamen sanctissimi pape Nicolai ubivis predicanda libertas, qui per legatos suos tam pro sacris imaginibus, quam pro depositione beati antistitis Ignatii, et substitutione Photii neophiti, ecclesie Sancte Sophie clausit, donec sedis apostolice<sup>2</sup> acquiesceret decretis.

<sup>1</sup> De reprobatione synodi, in qua imagines sanctorum, et picturae in ecclesiis damnatae sunt *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> sed. ap. CBPA; sancte sedis M

**148\****<sup>1</sup>Actio XI<sup>2</sup> Chalcedonensis concilii*

Apocrisiarii pape dixerunt, Sinodus non debet vocari, in qua tot nefanda facta sunt, propter quod videtur superfluum gesta eius relegere. Si enim et ab apostolico papa omnia eius evacuata sunt, manifestum est quod et beatissimus papa in communione receperit, et principatum Antiochene ecclesie habere dignum duxerit. Item.<sup>3</sup> Stephanus episcopus Ephesi dixit, Illa que in Ephesina synodo prima acta sunt, irrita fiant. Preterea que contra dominum Antiochenum episcopum facta sunt, pro eo quod ordinatio Maximi, qui pro eo in Antiochena ecclesia episcopus factus est, a sanctissimo papa Leone, et ab universali synodo recepta sunt<sup>4</sup>.

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> XI RPHAM; secunda C; ? B; 9 Migne

<sup>3</sup> H begins cap. here

<sup>4</sup> sunt CPM; est A

**149\****<sup>1</sup>Augustinus super Iohannem, partis secunde tractatu 124<sup>2</sup>*

Creditur Iohannes evangelista vivus dormire sub terra, quem tradunt, quod etiam in quibusdam scripturis, quamvis apocriphis, reperitur, quando sibi sepulcrum iussit fieri, incolumem fuisse presentem, eoque effosso et diligentissime preparato, ibi se tanquam in lectulum collocasse, statimque esse defunctum.

<sup>1</sup> De sepultura Ioannis evangelistae *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> partis (patris M) - 124 CPMFr; Pars secunda tr. 70 A

**150\****<sup>1</sup>Sermo<sup>2</sup> Ambrosii in natali martirum, qui sic incipit, Dignum et congruum<sup>3</sup>*

Si martires nondum liberati sunt ab inferis, liberati a peccatis. Hec enim prima est resurrectio, peccatorum evasisse tenebras, lucem possidere iustitie.<sup>4</sup> Verumtamen

<sup>1</sup> Quod plus martyres cum corpore iam surrexerint *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Sermo CPBA; Ex sermone sancti M

<sup>3</sup> Dign. et cong. *as first words of text PV*

<sup>4</sup> (Haec ibi non reperiuntur.) *add. M<sup>2</sup>*

etiam fortasse plurimi ex eisdem beatis martiribus cum Domino resurrectionem corporaliter vel consequuntur, vel fuerunt consecuti. Nam, sicut legimus prima resurrectionis festiuitate, suscitante se Domino, multa sanctorum corpora suscitasse, vixisse, et introisse in sanctam civitatem, cur non quotiescumque resurrectionis eius festiuitas celebratur, toties credimus resurgere etiam sanctos? Ubi enim votorum iugis est solempnitas, gratia iugis est et donorum. Sed fortasse quis dicat, Sepulcra clausa sunt, monumenta constructa sunt, quemadmodum inde prodire poterint? Ut taceamus, quia omnia possibilis sunt Deo, et quod clausis tumuli penetralibus possit spirituale corpus prodire, ut hec omnia pretermittam, Iohannis tamen apostoli habemus exemplum, quem tumulus susceptum claudere potuit, custodire non potuit. Nam depositum corpus perdidit, non assumpsit. Hoc enim clausis tumuli foribus gratia resurrectionis ablatum est, ut constaret sepultura, nec inveniretur sepultus. Denique cum sacerdotes honorandi causa corpus inquirerent, reserato aditu, tumulus non potuit reddere quem suscepit.

### 151\*

<sup>1</sup>*Augustinus contra Faustum, libro II, cap. 2*

<sup>2</sup>Legunt scripturas apocryphas Manichei nescio quibus sutoribus fabularum, sub apostolorum nomine scriptas, que suorum scriptorum temporibus in auctoritate sancte ecclesie recipi mererentur, si sancti homines et iusti et docti qui tunc in hac<sup>3</sup> vita erant, et examinare talia poterant, eos vera locutos esse cognoscerent. Ibi tamen legunt apostolum Thomam, cum esset in quodam nuptiarum convivio peregrinus, et prorsus incognitus, a quodam ministro palma percussus, imprecatum fuisse homini continuam sevamque vindictam. Nam, cum<sup>4</sup> egressus fuisset ad fontem, ut inde aquam convivantibus ministraret, eum leo rugiens interemit, manumque eius, qua caput apostoli levi ictu percusserat, a corpore avulsam<sup>5</sup>, secundum vocem eiusdem apostoli id optantis atque imprecantis, canis intulit mensis, in quibus ipse<sup>6</sup> discumbebat apostolus. Item cap. 4<sup>7</sup>. Quod beata Maria patrem habuerit ex tribu Levi, sacerdotem quemdam nomine Ioachim, canonicum non est.

*Ctp 3.6.8-9 to disc. apostolus; IP 2.127-8*

<sup>1</sup> De non recipienda Vita Thomae apostoli et aliorum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> [Habet hoc August. contra Adimantum Manichaei discipulum, cap. 17, quanquam non iisdem omnino verbis. Rursum in sermone Domini in monte, lib. I, cap. 38] *add.* M<sup>2</sup>

<sup>3</sup> hac CBPA; *om.* M

<sup>4</sup> cum CBPA; dum M

<sup>5</sup> av- CPBA; ev- M

<sup>6</sup> ipse CR<sup>2</sup>PBA; esse R; *om.* M

<sup>7</sup> [Id habetur 9 c. 23 lib. quam (contra *Fr*) Faustum Manichaeum] *add.* M<sup>2</sup>

### 152\*

*Hieronimus ad Paulam et Eustochium. De assumptione sancte Marie*<sup>1</sup>

Si forte venerit<sup>2</sup> illud apocryphum in manibus vestris de transitu beate Marie, dubia pro certis non recipiatis, quod multi Latinorum pietatis amore, studio legendi charius amplectuntur, presertim ex his cum nichil aliud experiri potest pro certo, nisi quod hodie beata Virgo migravit a corpore. Item. Multi nostrorum dubitant utrum assumpta fuerit simul cum corpore, an obierit relicto corpore. Qualiter autem

<sup>1</sup> De ass. S. Mariae CPA; De libro qui est de transitu beatae Mariae apocrypho *before insc.* M

<sup>2</sup> ven. forte V



migraverit a corpore, aut a quibus personis sanctissimum corpus eius ablatum fuerit, vel ubi transpositum, utrumve resurrexerit, nescitur, quamvis nonnulli astruere velint eam iam resuscitatam et beata iam cum Christo immortalitate vestiri. Quod et de beato Iohanne evangelista eius ministro (cui virgini a Christo virgo commissa est) plurimi asseverant, quia in sepulcro eius (ut fertur) nonnisi manna invenitur, quod et scaturire cernitur. Verumtamen quid horum verius censeatur, ambiguum est. Melius tamen Deo totum, cui nichil impossibile est, committimus, quam aliud temere diffinire velimus auctoritate nostra, quod non probamus sicut et de his quos cum Domino, teste evangelio, resurrexisse credimus. Sed utrum redierint in terre pulverem, certum non habemus, nisi quod legimus, quia multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, et venerunt in sanctam civitatem Hierusalem, et apparuerunt multis. De quibus profecto nonnulli doctorum senserunt etiam, et in suis reliquerunt scriptis, quod iam in illis perpetua sit completa resurrectio. Fatentur enim quod veri Christi testes non essent, nisi et vera esset eorum resurrectio. Item. Celebritas unius diei non nisi accensis lampadibus intus et foris recte colitur.<sup>3</sup>

<sup>3</sup> Item. Celeb. - colitur CRPVBA; *om.* M

### 153\*<sup>1</sup>

<sup>2</sup>*Leo Turibio episcopo*

Curandum est et sacerdotali diligentia providendum, ut falsatos codices, et a vera et sincera veritate discordes in nullo usu lectionis habeantur. Apocriphe autem scripture, que sub nominibus apostolorum, multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicens sunt, sed etiam penitus auferende, et ignibus concremande. Item. Si quis episcoporum apocriphe haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hereticum se noverit iudicandum, quoniam qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.

<sup>1</sup> *above c 145A for V*

<sup>2</sup> Quod episcopi prohibere debent, ne libri apocryphi vel in publico vel in privato legantur *add. as rubr.* M

### 154\*<sup>1</sup>

<sup>2</sup>*Ex epistola Adriani pape tradita Ingelranno, cap. 62*

Si qui inventi fuerint libros famosos legere vel cantare<sup>3</sup>, excommunicentur.<sup>4</sup>  
(*conc. Eliber. cap. 52*). (5, q. 1, cap. Si qui inventi.)

<sup>1</sup> *repeated H*

<sup>2</sup> Quod excommunicandi sunt qui libros famosos legunt *add. as rubr.* M

<sup>3</sup> vel cant. CPA; *om.* M

<sup>4</sup> A *adds, without a break*, Nullus episcopus vel infra positus die Dominica causas audire praesumat (Ctp 2.31.3)

### 155\*

<sup>1</sup>*Hieronimus ad Letam, de institutione filie*

Caveat omnia apocriphe, et si quando ea, non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reverentiam legere voluerit, sciat non eorum esse quorum titulis<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Quam caute aliquando libri apocryphi legendi sint *add. as rubr.* M

prenotantur, multaue in his admixta vitiosa, et grandis esse prudentie aurum in luto querere.

*IP 2.129*

---

<sup>2</sup> titulis RAM; titulus C; titul' PVB

### 156\*

<sup>1</sup>*Adrianus ad Ingelrannum, cap. 49<sup>2</sup>*

Qui in alterius famam in publico scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, et repertus scripta non probaverit, flagelletur, et qui ea prius invenerit rumpat, si non vult auctoris causam incurrere.

---

<sup>1</sup> Ne aliquis in alterius famam scripturam vel verba confingat, nisi probare velit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> 49 CPAM; 48 L

### 157\*

<sup>1</sup>*Capitularium<sup>2</sup> libro VII, cap. 200*

Hi<sup>3</sup> qui in blasphemiam alterius<sup>4</sup> cantica composuerint, vel qui cantaverint ea, extra ordinem iudicentur. Nam lex exsulari iubet eos qui libellos famosos excogitant aut proponunt. Notatur infamia quicumque, dum appellat iudicem, convitium dixerit. Non tantum is qui maledictum aut convitium dixerit, famosus efficitur, sed et is cuius consilio factum esse patuerit.

*BenL 3.200(E)]*

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -arium CPBA; -orum M

<sup>3</sup> Is H

<sup>4</sup> blas. alt. CPA; alt. blas. M

### 158\*

<sup>1</sup>*Actio 13 sexte sinodi*

Precipimus illos qui falsaverunt libros catholicos anathemati subiici, et cum hereticis anathematizari, et sermonem qui dicitur in me ad Vigilium, et libellos qui dicuntur Vigilii ad Iustinianum et Theodoram, ut hereticorum adinventiones abiicimus.

---

<sup>1</sup> De anathematizandis eis qui libros catholicos falsaverunt *add. as rubr.* M

### 159\*

<sup>1</sup>*Actio 2 septime sinodi. Adrianus papa Tharasio patriarche*

Sanctitas vestra piis et triumphatoribus imperatoribus suggerat, quatenus falsum concilium illud quod factum est sine apostolica sede inordinabiliter, contra constitutionem venerabilium patrum, adversus sacras<sup>2</sup> imagines, anathematizetur coram apocrisiariis nostris.

---

<sup>1</sup> De damnando concilio quod factum est adversus sacras imagines *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> *in mg.* C

**160\****Concilium IV Carthaginense, cap. 9<sup>1</sup>*

Episcopus gentilium libros non legat; hereticorum autem pro necessitate et tempore.

*Ctp 2.18.15] IP 2.130 (Dist. 37, cap. Episcopus.)*

<sup>1</sup> Conc. IV Cart. cap. 9 CPLA; Ut episcopus gentilium libros non legat *add. as rubr.* Ex Carth. conc. IV cap. 16 M

**161\****Gregorius Desiderio episcopo<sup>1</sup>*

Pervenit ad nos, quod sine verecundia memorare non possumus, fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, ut ea que prius dicta fuerant, in gemitum et tristitiam verteremus, quia in uno se<sup>2</sup> ore cum Iovis laudibus Christi laudes<sup>3</sup> non capiunt. Et quam grave nefandumque sit episcopum canere quod nec laico religioso conveniat, ipse considera.

*Ctp 1.55.14b] (Dist. 86, C. cum multa.)*

<sup>1</sup> Greg. Desid. ep. PLA; Item, de eodem. Gregorius, lib. IX registri, epist. 48, ad Desiderium episcopum Galliae. M

<sup>2</sup> in uno se CPA; se in uno M

<sup>3</sup> Chr. laud. CPA; laud. Chr. M

**162\****<sup>1</sup>Hieronimus ad Damasum<sup>2</sup>, de prodigo filio<sup>3</sup>*

Sacerdotes Dei, omissis evangeliiis et prophetis, videmus comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba cantare Virgilium<sup>4</sup>, et id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.

*tomo III, epist. 146] IP 2.131 (Dist. 37, cap. Sacerdotes.)*

<sup>1</sup> Quod auctores pueris, non presbyteris sunt legendi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ad Dam. CPA; Damaso M

<sup>3</sup> tomo iii *add.* M

<sup>4</sup> Virg. CPB; tenere Virgilium A; tenere Virgilium in manibus M

**163\****<sup>1</sup>Hieronimus ad Eustochium, De virginitate*

Quis consensus Christi cum Belial? Quid facit cum psalterio Horatius? Cum evangelio Maro? Cum apostolo Cicero?

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

**164\****<sup>1</sup>Rabanus, De pressuris ecclesiasticis, parte secunda*

Legimus de beato Hieronimo, quoniam cum librum legeret Ciceronis, ab angelo est correptus, eo quod Christianus vir<sup>2</sup> paganorum intenderet figmentis.

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Chr. vir CPBM; vir Chr. A

IP 2.132 (Dist. 37, cap. Legimus.)

**165\***

<sup>1</sup>*In Vita Gregorii, lib. III, cap. 34*

Omnes omnino pontifices a lectione librorum gentilium Gregorius inhibebat.

---

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

**166\***

<sup>1</sup>*Hieronimus super epistolam ad Ephesios, lib. III<sup>2</sup>*

Educat, ait apostolus, filios in disciplina et correptione Domini. Legant episcopi atque presbiteri, qui filios suos secularibus litteris erudiunt et faciunt comedias legere, et amorum<sup>3</sup> scripta turpia<sup>4</sup> cantare, de ecclesiasticis forte sumptibus eruditos, et quod in corbanam pro peccato virgo vel vidua, vel quilibet pauper totam substantiam suam effundens obtulerat, hoc in talendanam<sup>5</sup> strenam, et Saturnalium sportulam et Minerve et Arator<sup>6</sup>, aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut in sordida scorta convertit.

(*in cap. VI.*) (Dist. 37, c. Legant episc.)

---

<sup>1</sup> Item de Eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> in cap. vi *add.* M

<sup>3</sup> amorum CPB; nemorum (vel amorum *superscr.*) A; mimorum M

<sup>4</sup> scr. tur. CPBA; tur. scr. M

<sup>5</sup> talendanam CPB; calendanum A; calendarum M

<sup>6</sup> Min. et Ar. CPB; Min. gra' et Arator A; Minervale munus grammaticus et orator M

**167\***

<sup>1</sup>*Isidorus, Sententiarum libro III, cap. 13<sup>2</sup>*

Ideo prohibetur Christianus legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem incitant ad incentiva libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo<sup>3</sup>. Item. Cavendi sunt libri gentilium, et propter amorem sacrarum scripturarum vitandi. Simplicioribus litteris non est preponendus succus grammaticae artis. Meliores enim sunt communes littere, et simpliciores et<sup>4</sup> ad solam utilitatem legentium pertinentes. Ille vero nequiores sunt, que ingerunt hominibus perniciosam mentis elationem. Meliores sunt grammatici quam heretici. Heretici enim haustum lethiferi succi hominibus persuadendo propinant. Grammaticorum autem doctrina potest etiam proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

IP 2.137 to libentius capiendo, IP 2.136 from Grammaticorum (Dist. 37, c. Ideo prohibetur.) (Dist. 37, c. Si quis artem.)

---

<sup>1</sup> Quare Christiani figmenta poetarum prohibeantur legere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> 13 CPAM; 14 L

<sup>3</sup> capiendo CPAL; audiendo M; H *ends cap. here*

<sup>4</sup> et CPA; *om.* M

**168\***

<sup>1</sup>*Isidorus, Etimologiarum lib. V, cap. 20*

Erit lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patrie, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque ne aliquid per obscuritatem in cautione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

*Ctp 3.6.10; IP 2.142 (Dist. 4, c. Erit autem lex.)*

---

<sup>1</sup> Quid sit lex honesta *add. as rubr.* M

**169\***

<sup>1</sup>*Augustinus, De vera religione*<sup>2</sup>

In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institute ac firmate<sup>3</sup>, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

*(cap. 31) Ctp 3.6.11; IP 2.143 (Dist. 4, c. In istis.)*

---

<sup>1</sup> Quod leges temporales postquam institutae sunt, servandae sint *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> cap. xxxi *add.* M

<sup>3</sup> ac firm. CPLA; *om.* M; et firm. *Fr*

**170\***

<sup>1</sup>*Isidorus, Etimologiarum libro V, cap. 1*

Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani, codicem factum institutionum, a Constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocant<sup>2</sup>.

*Ctp 3.6.12; IP 2.144 (Dist. 7, c. Fuerunt autem hi.)*

---

<sup>1</sup> De libro constitutionum Theodosii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -ant CPA; -avit M

**171\***

<sup>1</sup>*Historia Longobardorum, libro V, cap. 25*

Iustinianus Augustus leges Romanorum, quarum prolixitas nimia erat et inutilis dissonantia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes constitutiones principum, que utique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coarctavit, idemque volumen codicem Iustiniani appellari precepit. Rursus singulorum magistratuum sive iudicum leges, que usque ad duo millia pene libros erant extense, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eumque codicem Digestorum sive Pandectarum vocabulo nuncupavit. Quatuor etiam Institutionum libros in quibus breviter universarum legum textus comprehenditur noviter composuit. Novas quoque leges quas ipse statuerat in unum volumen redactas, codicem Novellarum appellari sancivit.

*Ctp 3.6.13; IP 2.145a*

---

<sup>1</sup> De libro quem appellant codicem Iustiniani, et de libro Pandectarum, et de eo quem appellant codicem Novellarum (*as rubr.*) *Ex add.* M

*Item (PVA)*

Tunc apud Constantinopolim Priscianus Cesariensis grammaticae artis profunda rimatus est.

*IP 2.145b*

**172\****<sup>1</sup>Historia Anastasii bibliothecarii Romane ecclesie*

Removit Iustinianus<sup>2</sup> Augustus contrarias leges, faciens singularem codicem, et vocans eum Novellas constitutiones, in quibus non permittit principem, in quibus preest, tenere possessionem, aut edificare domum, aut hereditari extraneam personam, nisi quis sibi cognatus<sup>3</sup> existat.

*IP 2.146*

<sup>1</sup> Item de libro Iustiniani, quem vocant Novellas constitutiones. (*as rubr.*) Ex *add.* M

<sup>2</sup> -ini *ss* C

<sup>3</sup> cognatus CPBA; cognitus M; cognitus [cognatus] *Fr*

**173\****<sup>1</sup>Istitutionum libro I, titulo 2<sup>2</sup>*

Quodcumque imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto precepit, legem esse constat. Hec sunt que constitutiones appellantur. Plane ex his quedam sunt<sup>3</sup> personales, que non<sup>4</sup> ad exemplum trahuntur, quod<sup>5</sup> non hoc princeps vult. Nam quod alicui ob merita indulsit, vel si cui penam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non transgreditur.

*Inst. 1.2; CB Varia IA 24a; Prol. 141] IP 2.147*

<sup>1</sup> Quod constet esse legem quidquid imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto praecepit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> tit. 2 CRPVAM; *om.* β

<sup>3</sup> qued. sunt CRPVBAβ; sunt quaed. M

<sup>4</sup> non CRPVM; nec Aβ

<sup>5</sup> quod CRPVM; quoniam Aβ

**174\****<sup>1</sup>Prefatio libri quinti capitularum<sup>2</sup>*

Precedentes quatuor libelli nonnulla gloriosorum Karoli atque Ludovici imperatorum continent capitula. Item. Illa que postmodum a fidelibus sancte Dei ecclesie<sup>3</sup> Pippini et Karoli atque Ludovici didicimus, in iam dictis libellis minime inserta esse, pro Dei omnipotentis amore, et Sancte Dei ecclesie ac servorum eius, atque totius populi utilitate fideliter investigare curavimus, et in tribus subsequentibus libellis distincte cum suis coadunare, ac Ludovico, Lothario, atque Karolo nobilissimis regibus, filiis videlicet Ludovici imperatoris piissimi, habenda, et omnibus Christianorum fidelibus tradenda, scribere non distulimus. Item. His itaque peractis, est in fronte primi libelli posita Zacharie pape epistola omnibus episcopis ac reliquis ecclesiastici ordinis gradibus, et cunctis ducibus atque comitibus, omnibus Deum timentibus per Gallias et Francorum provincias constitutis directa, sicut in ea

<sup>1</sup> De capitulis a Carolo legibus insertis *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -arum C; -arium A; -orum M; cap' PB

<sup>3</sup> et *add.* M, *om.* CPA

continentur. Quam sequuntur sinodales conventus quos sancte Romane et apostolice ecclesie<sup>4</sup> legatus Bonifacius Maguntiensis archiepiscopus, vice supradicti Zacharie pape, una cum Karolo magno Francorum principe<sup>5</sup>, canonice tenuit, ut agnoscant omnes hec predictorum principum capitula maxime apostolica auctoritate fore firmata.

*cf BenL Pref.(E)] IP 2.148*

<sup>4</sup> et ap. eccl. CPA; eccl. et ap. B; eccl. et ap. sedis M

<sup>5</sup> princ. CPBA; duce M

### 175\*

<sup>1</sup>*Beda in Historia Anglorum, libro, II, cap. 6<sup>2</sup>*

Inter cetera bona que genti sue consulendo conferebat rex Edelbertus, etiam decreta illi iudiciorum, iuxta exempla Romanorum, cum consilio sapientium constituit, que conscripta Anglorum sermone hactenus habentur, et observantur ab ea.

<sup>1</sup> De lege Anglorum ab Edelberto rege edita *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> 6 CPA; 5 M

### 176\*

<sup>1</sup>*Leo<sup>2</sup> IV, Lothario Augusto*

De capitulis vel preceptis imperialibus vestris, nostrorumque etiam pontificum predecessorum, irrefragabiliter custodiendis et conservandis quanto valuimus et valemus Christo propitio<sup>3</sup>, et nunc et in evum conservaturos, modis omnibus profiteamur. Et si fortasse quislibet<sup>4</sup> vobis aliter dixit<sup>5</sup> vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.

*CB Leo IV 29a] IP 2.149 (Dist. 10, c. De capitulis.)*

<sup>1</sup> De capitulis a Lothario Augusto legibus additis *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> papa *add.* M

<sup>3</sup> Chr. pr. CPBA; pr. Chr. M

<sup>4</sup> quisl- CPBA; quil- M

<sup>5</sup> -it CPB; dix' A; -ixerit M

### 177\*

<sup>1</sup>*Hincmarus Remensis archiepiscopus de<sup>2</sup> causa Lotharii regis et uxoris sue*

Sunt diverse ut gentes, ita et earum leges, quas si Christiani sunt, in suis ordinibus que iusta sunt decernentes, ecclesia sua non reicit.

*Ctp 3.6.14*

<sup>1</sup> Leges Christianorum regum ab Ecclesiis recipiendas *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> archiepiscopus de CPBA; episcopus de M; ep. in *Fr*

**178\***<sup>1</sup>*Augustinus, Confessionum lib. III<sup>2</sup>*

Que contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate sunt vitanda, ut pactum inter se, gentis aut civitatis consuetudine, vel lege firmatum, nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est universo suo non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, et si nunquam ibi factum est tamen faciendum est,<sup>3</sup> et si omissum instaurandum est, et si statutum non erat instituendum est. Si enim regi licet in civitate, cui regnat, iubere aliquid quod neque ante ipsum quisquam, nec ipse unquam iusserat, et si non est contra societatem civitatis eius, obtemperatur ei, imo contra societatem fit, si ei non obtemperaretur<sup>4</sup>, generale quippe pactum est societatis humane obtemperare regibus suis, quanto magis Deo regnatori universe creature sue, ad ea que iusserit sine dubitatione serviendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita Deus omnibus.

*(cap. 8) Ctp 3.6.15 (Dist. 8, cap. Que contra.)*


---

<sup>1</sup> Quod faciendum est quicquid Deus iubet, etsi sit contra morem aut pactum quorumlibet *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> cap. viii *add.* M

<sup>3</sup> Item *add.* H

<sup>4</sup> quisquam nec ipse unquam – obtemperatur *over erasure* P

**179\***<sup>1</sup>*Gelasius Rufino et Aprilli episcopis*

Quis<sup>2</sup> aut leges principum, aut patrum regulas aut admonitiones modernas dicat debere contempni, nisi qui impunitum sibi tantum estimet transire commissum? *CB Gel. 22a; Ctp 1.46.28a] IP 2.150 (Dist. 10, c. Quis autem.)*

---

<sup>1</sup> Quod leges principum, et regulas vel admonitiones Patrum nulli liceat contemnere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Quis CPHM; Qui A

**180\****Item<sup>1</sup> Theodorico regi*

Certum est, magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse precepit, multo magis circa reverentiam beati Petri apostoli pro sue felicitatis augmento velle servari.

*CB Gel. 55; Ctp 1.46.38] IP 2.151*


---

<sup>1</sup> de eodem *add.* M

**181\***<sup>1</sup>*Leo quartus Lothario Augusto*

Habetis de hoc apud Deum retributionem non modicam, si antique legis dogmata minime observantes, vestra imperiali censura pro viribus castigatis, atque corrigitis. Item. Vestram flagitamus clementiam, ut sicut hactenus Romana lex viguit, absque universis procellis, et pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat.

*CB Leo IV 25, 43b] IP 2.152 from Vestram (Dist. 11, cap. Vestram.)*


---

<sup>1</sup> Quod imperiali censura castigandi sint qui leges contemnunt *add. as rubr.* M



**182\****Item <sup>1</sup>Widoni<sup>2</sup> comiti*

Valde indignum est, futuris gentibus etiam contrarium tam gloriosam legem, quam multi retro custodierunt imperatores, nunc suam vim perdere, ac iniuste dampnari.

*CB Leo IV 44]*

---

<sup>1</sup> de eodem *add.* M

<sup>2</sup> Wid- CRAM; Guid- PV

**183\****<sup>1</sup>Dialogus Augustini contra Petilianum<sup>2</sup>*

Si in adiutorium vestrum, et terreni imperii leges assumendas putastis<sup>3</sup>, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus, cum adversus iniuriosos Romanum civem se esse testatur.

*Ctp 3.6.16; IP 2.153 (Dist. 10, c. Si in adiutor.)*

---

<sup>1</sup> Licere ecclesiasticis viris pro defensione sua leges terrenas assumere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Dial. - Pet. CPA; August., cap. 58 lib. II contra literas Petiliani. M

<sup>3</sup> -astis CRPA; -atis BM

**184<sup>1</sup>\****<sup>2</sup>Augustinus ad Bonifacium<sup>3</sup>*

Quicumque autem legibus imperatorum, que pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque ergo legibus imperatorum que contra veritatem Dei feruntur<sup>4</sup> obtemperare non vult, acquirit grande premium.

*(epist. 50) Ctp 3.6.17; IP 2.154 (Dist. 9, c. Imperatores.)*

---

<sup>1</sup> *Whole canon over an erasure* V

<sup>2</sup> Legibus imperatorum obediendum esse *add. as rubr.* M

<sup>3</sup> ad Bon. CPA; Bonifacio M

<sup>4</sup> feruntur RPBLAM; *om.* C

**185\****<sup>1</sup>Gelasius Maiorico, Sereno et Iohanni episcopis<sup>2</sup>*

Qui et humanis legibus in civili dampnatione conculcatis, et reverentia religionis abiecta, vel ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi saltem commoniti convictique nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sarcire, merito divini muneris sunt participatione privandi, ut huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui.

*CB Gel. 50a; Ctp 1.46.47] (12, q. 2, c. Qui et divinis.)*

---

<sup>1</sup> Quod communione privari possunt qui legibus contradicunt *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Ioh. episcopis CPA; Bertuso M; [Iohanni] *add. Fr*

**186\***

<sup>1</sup>*Leo quartus Coloroth<sup>2</sup> archiepiscopo et Bertuso*

Ideo permittente Domino<sup>3</sup> pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis legibus affixere, excedere minime debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si que ipsi divino statuerunt consilio, intacta non servamus.

*CB Leo IV 14; Ctp 1.60.1] (25, q. 1, cap. Ideo permittente.)*

<sup>1</sup> Item de servandis legibus *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -oth CPA; -odo M

<sup>3</sup> Dom. CPBA; Deo M

**187\***

<sup>1</sup>*Nicolaus<sup>2</sup> in concilio episcopis<sup>3</sup> apud Convicinum<sup>4</sup>*

Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolvi. Non quod imperatorum leges, quibus sepe ecclesia contra<sup>5</sup> hereticos utitur, sepe contra tyrannos, atque contra pravos quosque defenditur, dicamus penitus renuendas; sed eas quidem evangelicis, apostolicis atque canonicis decretis, quibus postponende sunt, nullum posse inferre iudicium<sup>6</sup> asseramus.

*(ep. 32) CB Varia II 114b; Ctp 1.62.4] IP 2.140 (Dist. 10, c. Lege imper.)*

<sup>1</sup> Quod ecclesiastica iura legibus imperialibus non possunt dissolvi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> papa *add.* M

<sup>3</sup> in conc. epp. CRPH; epp. in conc. AM

<sup>4</sup> congregatis *add.* M, *om.* CPBA

<sup>5</sup> (circa) *add.* Fr

<sup>6</sup> iudicium CPA; praeiudicium M

**188\***

<sup>1</sup>*Ciprianus Iubiano<sup>2</sup>*

Quoniam idem mediator Dei et hominum est<sup>3</sup> homo Christus Iesus, sic actibus propriis et dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit propria volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferi, non humana superbia rursus in inferno demergi, ut etiam Christiani imperatores pro eterna vita pontificibus indigerent, et pontifices, pro cursu temporalium tantummodo rerum, imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incursibus, et ideo militans Deo minime se secularibus negotiis implicaret, ac vicissim ne ille rebus divinis presidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus.

*(Nicolaus papa II id habet in epist. ad Michaelem imperatorem) CB Varia II 115h; Ctp 1.62.7] Ctp 3.6.18 (Dist. 10, cap. Quoniam.)*

<sup>1</sup> Quod Christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigent; pontifices vero pro cursu temporalium rerum legibus imperatorum utuntur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Iubiano CPB; Iubaino A; Urbiano RH; Iuliano M

<sup>3</sup> est CPB; *om.* AM

**189\****<sup>1</sup>Novellarum constitutio LXI<sup>2</sup>, cap. 5*

Nulla persona privilegio aliquo utatur ad fugiendos presentis legis laqueos, quamvis ecclesia sit vel xenion, vel oratorium, vel quivis alius locus qui pietatis causa colitur, id est, eiusdem iuris est, sive fiscus, sive patrimonium, sive aliquis quivis divinus titulus pulsetur; et multo magis si potentis hominis persona in iudicium fuerit evocata, quamvis privilegium ex sacro oraculo pretendat.

<sup>1</sup> Quod nulla persona privilegio utatur, ad fugiendos praesentis legis laqueos *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> const. LXI PVBA; libro XI CR; constitutionum lib. IX M

**190\****<sup>1</sup>Gelasius ad imperatorem Anastasium*

Si quantum ad ordinem publice pertinet discipline, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus humanis exclude videantur obviare sententiae, quo ore te decet, et convenit eis obedire affectu, qui prorogandis venerabilibus sunt attributi<sup>2</sup> misteriis?

<sup>1</sup> Quod convenit regem legibus divinis subiacere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -uti CPA; -uta M

**190A (F<sup>2</sup> mg)***cp. ciiii. Isidorus Ethimologiarum lib. v De legibus cap. ii*

Omnes leges aut divine sunt aut humane – in communi est usu  
*cf Collectio Hibernensis beta, Vall. Tome XVIII, 13. 4*

**191\****<sup>1</sup>Pelagius Iohanni comiti*

Dicenti sacras iussiones se habere pre manibus, respondimus, scire illum oportere quod ipse clementissimus princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra uniuscuiusque desiderio concessa prevalere, et effectui mancipari, que cum iuris et legum ratione concordant. Ea vero que subreptione, vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium.

*CB Pel. 61; Ctp 1.54.27*

<sup>1</sup> Quod illa in legibus praevalent, quae concordant cum ratione iuris et legum *add. as rubr.* M

**192\****<sup>1</sup>Novellarum constitutio LXXIII cap. 13<sup>2</sup>*

Omnes lites secundum leges et constitutiones breviantur; quamvis iussio nostra vel pragmatica sanctio contrarium statuerit.

*Jul. epit. 76.14; cf below 16. 149]*

<sup>1</sup> Omnes lites secundum leges breviari *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> const. LXXIII (P? *after corr.*) cap. 13 CPA; constitutionum libro VII, cap. 73 M

**193\****<sup>1</sup>Constitutio CIII<sup>2</sup>, cap. 1*

Nemo iudicum sive in pecuniaria, sive criminali causa pragmaticam nostram timeat sanctionem, vel aliud cuiusvis generis rescriptum, sive divinas iussiones, sive referendariorum depositiones, aut illustris magistratus precepta, nam secundum generales leges finiri singulas causas iubemus, et predictas ambitiones nullum sibi locum in iudiciis vindicare.

*Jul. epit. 106.1]*

---

<sup>1</sup> Secundum generales leges singulas causas finiri (-ire *Fr*) debere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> CIII CPA; CI [cui] M

**194\****<sup>1</sup>Constitutionum<sup>2</sup> lib. I, titulo 2<sup>3</sup>*

Non scripto in<sup>4</sup> ius venit quod usus probavit. Nam diuturni mores consensu utentium approbati legem imitantur. Item. Ea que ipsa<sup>5</sup> sibi queque civitas constituit sepe mutari solent, vel tacito consensu principis<sup>6</sup>, vel alia postea lege lata<sup>7</sup>.

*Inst. 1.2.9, 11; CB Varia 1A 25b] IP 2.160*

---

<sup>1</sup> Quod diuturni mores consensu utentium approbati, legem imitantur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Const. CPBA; Inst. M

<sup>3</sup> 2 CRHAM; 1 PVB

<sup>4</sup> Non scr. in CPA; Ex non scr. M

<sup>5</sup> ipsa CPBA; *om.* M

<sup>6</sup> [populi] *add.* M

<sup>7</sup> lata CPBA; data M

**195\****<sup>1</sup>Augustinus, De unico baptismo<sup>2</sup>, lib. II*

Multa non inveniuntur in litteris apostolorum, neque in conciliis posteriorum, et tamen quia per universam custodiuntur ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita et commendata credimus.

*(cap. 7) CB Varia 1C 2ff]*

---

<sup>1</sup> Quod ea quae universa custodit Ecclesia, et si non inveniuntur scripta, vel ab apostolis vel ab apostolicis viris credantur tradita *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> De un. bapt. CPA; De bapt. contra Donatistas M

**196\****<sup>1</sup>Leo IV iudici Sardinie*

Nec mos nec noviter introducta consuetudo nostre ecclesie predecessoribusque nostris fuit, contra sanctorum canonum nova vel inusitata presumere. Quamobrem nos devotius volentes vestras petitiones suscipere, si in his nos sanctorum patrum censura iuvaret. Sed ideo quia sinodice pagine, in hoc favore non videntur, nos tantam novitatem presumere non possumus et ab illo rectissimo tramite deviare.

*CB Leo IV 45]*

---

<sup>1</sup> Nova non esse praesumenda, nisi aliqua auctoritas faveat *add. as rubr.* M

**197\***

<sup>1</sup>*Ex libro Pontificum<sup>2</sup> qui dicitur Diurnus. Professio Romani pontificis antequam consecretur<sup>3</sup>*

Nichil de traditione quam a probatissimis predecessoribus meis traditam et servatam reperi, diminuere vel mutare, aut aliquam novitatem admittere, sed ferventer ut eorum vere discipulus et sequipeda totis mentis mee conatibus<sup>4</sup> que tradita canonicè comperio, observare ac venerari profiteor.

*CB Varia II 129 med.] IP 3.4*

---

<sup>1</sup> Quod canonicè tradita nulla novitate sunt commutanda *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -icum CPA; -icium M

<sup>3</sup> Prof. - consecretur C(*before insc.*)PB; *om.* HAM

<sup>4</sup> totis - conatibus CPA; toto mentis meae conamine M

**198\***

<sup>1</sup>*Actio 7 contra falsam sinodum<sup>2</sup>*

Omnes traditiones ecclesiasticas sive in scripto, sive sine scripto inviolabiliter custodimus.<sup>3</sup> Item. Si quis omnem traditionem ecclesiasticam vel scriptam vel non scriptam violat, anathema sit.

---

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> sextam *add. A, om.* CPBM

<sup>3</sup> H *ends cap. here*

**199\***

<sup>1</sup>*Gregorius Maurentio magistro militum<sup>2</sup>*

Omnino contristamur cur in Theodori defensionem veritas non permovet, ut et libere quid esset ratio disceretis, et reservari quod longa sibi consuetudo iure vindicat, faceretis, quia grave nimis est contra veterem usum sacerdotes sibi quidpiam arripere. Item.<sup>3</sup> Omnia que usus antiquitatis statuit, in omnibus intemerata servantur.

---

<sup>1</sup> Ut ea quae usus antiquitatis statuit, intemerata servantur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> lib. vii registri, epist. 70 *add.* M

<sup>3</sup> H *begins cap. here*

**200\***

<sup>1</sup>*Isidorus, Etimologiarum lib. V, cap. 3*

Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Item. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex, nec differt utrum scriptura an ratione consistat.

*Ctp 3.7.1; IP 2.161 (Dist. 1, c. Mos est.) (Ibid., c. Consuetudo autem.)*

---

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

**201\***<sup>1</sup>*Codicum lib. VIII, cap. 52, titul' 1*

Consuetudo precedens, et ratio que consuetudinem suasit, tenenda est, et quicquid contra longam consuetudinem fiet ad sollicitudinem suam revocabit preses provincie.

*Cod. 8.52.1] Ctp 3.7.2; IP 2.162 (Dist. 12, c. Consuetudo.)*

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

**202\***<sup>1</sup>*Titulo secundo*

Consuetudines<sup>2</sup> ususque longevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo valituram<sup>3</sup> momento<sup>4</sup>, ut aut rationem vincat aut legem.

*Cod. 8.52.2] Ctp 3.7.3; IP 2.163 (Dist. 11, c. Consuetudinis.)*

---

<sup>1</sup> Quod consuetudo non adeo valet, ut rationem vincat, vel legem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -ines CRPVB; -inis AHM

<sup>3</sup> valituram CRPVB; sui valituram A; <sui> valitura H; sui valitura M

<sup>4</sup> memento CRPVA; ?B; momento M

**203\***<sup>1</sup>*Nicolaus papa Igaro*<sup>2</sup>

Mala consuetudo, que non minus quam perniciosa corruptela vitanda est, que nisi citius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab impiis assumitur, et incipiunt prevaricationes, et varie presumptiones celerrime non compresse, pro legibus venerari et privilegiorum more perpetuo celebrari.

*Ctp 3.7.4; IP 2.164 (Dist. 8, c. Mala consuet.)*

---

<sup>1</sup> Malas consuetudines citissime esse evellendas *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Remensi archiepiscopo *add.* M

**204\***<sup>1</sup>*Gregorius*<sup>2</sup> *universis episcopis Numidis*<sup>3</sup>

Nos consuetudinem, que contra fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, sive de primatibus constituendis<sup>4</sup> ceterisque capitulis, exceptis his qui ex Donatistis ad episcopatum perveniunt, quos provehi ad primatus dignitatem, etiam cum ordo eos ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commisse sibi plebis curam gerere, non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesie sinu et docuit et genuit, ad obtinendi culmen primatus anteire.

*Ctp 3.7.5 (Dist. 12, cap. Nos.)*

---

<sup>1</sup> Bonam consuetudinem, et si videatur obviare rationi non facile mutandam *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> epist. 75, lib. I registri *add.* M

<sup>3</sup> -idis CPBLH; -idiae AM

<sup>4</sup> [custodiendis] *add.* M

**205<sup>1\*</sup>**<sup>2</sup>*Iohanni episcopo Larisseo*<sup>3</sup>

Si contra hec que statuimus, quolibet tempore, qualibet occasione vel subreptione venire tentaveris, sacra scias te communione privatum, nec eam te (excepto ultimo vite tue tempore) nisi cum concessa Romani pontificis decernimus iussione recipere.

<sup>1</sup> *om. V*<sup>2</sup> Ut communione privetur qui statuta Romanorum pontificum infregit. Idem, epist. 7, lib. II *add. M*<sup>3</sup> ep. Lar. CPA; Lar. ep. M**206\***<sup>1</sup>*Augustinus ad inquisitiones Ianuarii*

Omnia talia que neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec de conciliis episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universe ecclesie roborata sunt, sed diversorum locorum, diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix aut omnino nunquam inveniri possint cause, quas in eis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda estimo<sup>2</sup>. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse voluit liberam, quam servilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui etiam si tempus libertatis non cognoverunt, legalibus tamen sacramentis non humanis presumptionibus subiiciuntur.

(*epist. 109, cap. 19*) (*lib. I, c. 19*). *CSem 2.227*] *Ctp 3.7.6*; *IP 2.168* (*Dist. 12, cap. Omnia talia.*)

<sup>1</sup> Omnia quae nec conciliis episcoporum statuta sunt, nec consuetudine universae Ecclesiae roborata, sed diversorum locorum diversis moribus irrationabiliter sunt variata, resecanda esse *add. as rubr. M*<sup>2</sup> est- CPBA; exist- M**207\***<sup>1</sup>*Isidorus, in Sinonimis, lib. II*

Usus auctoritati cedat, pravum usum lex et ratio vincat.

*Ctp 3.7.7*; *IP 2.165a* (*Dist. 11, cap. Usus.*)

<sup>1</sup> Quod usus auctoritati cedere debet *add. as rubr. M*; *H has inscr. from cap. 208***208\***<sup>1</sup>*Augustinus, de unico baptismo lib. III<sup>2</sup>*

Veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. Plane<sup>3</sup>quis dubitet veritati manifestate<sup>4</sup> consuetudinem cedere<sup>5</sup>. Item.<sup>6</sup> Nemo consuetudinem rationi et veritati preponat, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit, si ratio, si veritas, optime<sup>7</sup>.

*CB Varia 1C 3a*] *Ctp 3.7.8*; *IP 2.165b* (*Dist. 8, c. Veritate.*)

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr. M*<sup>2</sup> de un. bapt. lib. III RPA; cap. 6 lib. III De baptismo contra Dona. M<sup>3</sup> respondeo (inquit August.) *add. M*<sup>4</sup> debere *add. AM, om. CPB*<sup>5</sup> ecclesie (vel cedere *ss*) R<sup>6</sup> (Ibidem c. 8) *add. M<sup>2</sup>*<sup>7</sup> si ratio - optime CPBAL; *om. M*

**209\***<sup>1</sup>*Item lib. V*

Consuetudo illa que opponeretur Cipriano, ab apostolorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa que universa tenet ecclesia, et ob hoc ab apostolis precepta bene creduntur, quanquam scripta non reperiantur.

*CB Varia 1C 5j]*

---

<sup>1</sup> Quod multa ab apostolis creduntur tradita, quae non sunt scripta *add. as rubr.* M

**210\***<sup>1</sup>*Leo quartus Lothario Augusto*

Mandastis ut privilegium et pallium Alteo episcopo preberemus. Unde poscimus ut vestra super hoc magnitudo non indignetur, quoniam quod ab ipso sanctissimo papa Gregorio usque ad hec tempora nostra factum minime recordamur, facere non potuimus, neque prefixos patrum terminos immutare.<sup>2</sup> Item. Quod iusta<sup>3</sup> ac<sup>4</sup> sedula nos imitari consuetudo non precipit, ita ab hoc veluti a magno nos precipitatio custodire oportet.

*CB Leo IV 36j]*

---

<sup>1</sup> Quod non facile incipiendum, quod nec auctoritas principis, nec usus Ecclesiae suadet *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> H *ends cap. here*

<sup>3</sup> iusta R<sup>2</sup>PVAM; iuxta CRB

<sup>4</sup> ac CPA; et M

**211\***<sup>1</sup>*Nicolaus Photio*<sup>2</sup>

Consequens est ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis prepediente occasione, proprias tantum sequendo voluntates, removeatur, sed firmiter atque inconcusse teneatur.<sup>3</sup> Item. De consuetudinibus quas nobis opponere visi estis, scribentes, per diversas ecclesias diversas esse consuetudines, si illis canonica non obstitit<sup>4</sup> auctoritas, pro qua eis obviare debemus, nil iudicamus, vel eis resistimus.

*Ctp 1.62.14, 17] IP 2.156a from De consuetudinibus (Dist. 11, c. Consequens est.)*

---

<sup>1</sup> Quod nulla consuetudine poterit impediri quicquid auctoritas apostolica sanxerit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Photio CPA; I, epist. ad Michaellem imperatorem. M

<sup>3</sup> H *ends cap. here*

<sup>4</sup> obstitit CRPV; obsistit BM

**212\****Item*<sup>1</sup> *Igmaro*<sup>2</sup> *archiepiscopo*

Ridiculum est, et satis abominabile dedecus, ut traditiones quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.

*IP 2.156b (Dist. 12, c. 5, Ridiculum.)*

---

<sup>1</sup> de eodem *add.* M

<sup>2</sup> Remensi *add.* M



**213\****<sup>1</sup>Gregorius VII<sup>2</sup> Wimundo Aversano episcopo*

Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum fuerit quod Dominus dicit<sup>3</sup>, Ego sum, inquit<sup>4</sup>, veritas<sup>5</sup>. Non ait, Ego sum consuetudo sed veritas. Et certe, ut beati Cipriani utamur sententia, quelibet consuetudo quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati est omnino postponenda, et usus qui veritati est contrarius abolendus. (*Aug. c. 5 et 6 lib. III De baptismo*). Ctp 3.7.9; IP 2.166 (*Dist. 8, c. Si consuetudinem.*)

<sup>1</sup> Usus qui veritati contrarius est, abolendum esse *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Gregorius VII CPBHM; Urbanus II A

<sup>3</sup> -cit CPBA; -xit M

<sup>4</sup> inquit CPA; *om.* M

<sup>5</sup> et vita *add.* M, *om.* CPBA

**214\****<sup>1</sup>Sinodus Eugenii pape, tempore Ludovici<sup>2</sup>*

De quibusdam locis ad nos refertur, non magistros, neque curam inveniri pro studio litterarum. Idcirco universis episcopis, subiectisque plebibus, et aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia adhibeatur, ut magistri et doctores constituentur, qui studia litterarum, liberaliumque artium habentes dogmata, doceant, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata. (*Dist. 37, c. De quibusdam.*)

<sup>1</sup> Magistros qui liberales artes doceant per singulas ecclesias esse constituendos *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> et *with erasure to follow add.* A

**215\****<sup>1</sup>Epistola prima Augustini<sup>2</sup> ad Hieronimum*

Si ad scripturas sanctas admissa fuerint vel officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Que tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiose falsitatis obteretur improbitas? (*Ctp 3.7.10 (Dist. 9, c. Si ad Scripturas.)*)

<sup>1</sup> Ad sacras Scripturas nulla admittenda mendacia *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Ep. prima Aug. CPA; Augustinus epist. 9, quae est M

**216\****Epistola quarta<sup>1</sup>*

Mihi videtur exitiosissime credi aliquid<sup>2</sup> in sacris libris esse mendacium, id est eos homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est, atque conscripta, aliquid in suis libris fuisse mentitos. Alia questio est utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit; imo non alia vero, sed nulla questio est. Admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso mendacio aliquo<sup>3</sup>, nulla illorum<sup>4</sup> librorum

<sup>1</sup> Ep. quarta CPA; De eodem, epistola, 8. M

<sup>2</sup> -quid CPB; -quod AM

<sup>3</sup> mend. al. CPBA; al. mend. M

<sup>4</sup> ill- CPBA; ist- M

particula remanebit, que non ut cuique<sup>5</sup> videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur.

*Ctp 3.7.11; IP 2.121 to nulla questio est*

<sup>5</sup> cuique CPBA; unicuique M

### 217\*

<sup>1</sup>*Augustinus<sup>2</sup>, De cura pro mortuis*

Legimus in ecclesiastica Historia, quam Grece scripsit Eusebius, et in Latinam linguam vertit Ruffinus, martirum corpora in Gallia canibus exposita, canumque reliquias, atque ossa mortuorum usque ad extremam consumptionem ignibus concremata, eosdemque cineres fluvio Rhodano, ne quid ad memoriam qualemcumque relinqueretur, inspersos.

*(c. 6)*

<sup>1</sup> De cura pro mortuis habenda *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> lib. *add.* M

### 218\*

<sup>1</sup>*Beda super Lucam, lib. I, cap. 1*

Evangelium quod dicitur iuxta Hebreos, non inter apocriphas sed inter ecclesiasticas numerandum historias, nam et ipsi sacre scripture interprete Hieronimo pleraque ex eo testimonia usurpare, et ipsum in Latinum Grecumque visum est transferre sermonem.

<sup>1</sup> Evangelium quod dicitur iuxta Hebraeos non esse apocryphum sed ecclesiasticum *add. as rubr.* M

### 219\*

<sup>1</sup>*Urbanus II, Girardo episcopo Tervannensi<sup>2</sup>*

Canonum contemptores et<sup>3</sup> excommunicandi sunt et dampnandi, quandoquidem a sacris altaris misteriis est removendus, qui sacris non vult obedire canonibus.

<sup>1</sup> Canonum contemptores excommunicandos esse *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ep. Ter. CPBA; Ter. ep. M

<sup>3</sup> et CPBA; *om.* M

### 220\*

<sup>1</sup>*Toletanum concilium V<sup>2</sup>, cap. 17*

Si quis Apocalipsim deinceps non receperit, aut a Pascha usque ad Pentecosten tempore missarum in ecclesia non predicaverit, excommunicationis sententiam habebit.

*Ctp 2.37.2b]*

<sup>1</sup> Quod excommunicandus est qui Apocalipsim non receperit. *as rubr. add.* M

<sup>2</sup> Tol. conc. V CPA; Ex Toletano concilio IV M

<sup>3</sup>Capitul. 19<sup>4</sup>

Qui ne provehantur ad sacerdotium et regulis canonum necessario credimus<sup>5</sup> inserendum<sup>6</sup>.

---

<sup>3</sup> Et *add.* M

<sup>4</sup> 19 CPA; 18 M

<sup>5</sup> esse *add.* M, *om.* CPBA

<sup>6</sup> ins- CPM; inf- B; ? A

**221\****Actio octava sexte sinodi*

Theophanius presbiter et abbas obtulit duas schedas, unam sancti Athanasii Alexandrini episcopi, et alteram sancti Augustini Yporegiensis<sup>1</sup> episcopi.

---

<sup>1</sup> Ypor. CPA; Ypogeriensis B; Hipponensis M

**222\***<sup>1</sup>*De V libro contra Iulianum Pelagianistam. Item sancta sinodus dixit<sup>2</sup>*

Splendide et vere Theophanius venerabilis presbiter prosecutus est in schedis sanctorum et mirabilium patrum<sup>3</sup>. Item. Rursum relecta est de eodem codicillo alia scheda sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi.

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Item - dixit CPBA; Sancta - dicit M

<sup>3</sup> etc *add.* M

**223\***<sup>1</sup>*Leo IX Michaeli patriarche<sup>2</sup> Constantinopolitano*

Scit sancta Romana ecclesia quia nichil obsunt saluti credentium diverse pro loco et tempore consuetudines, quando una fides per dilectionem operans uni Deo commendat omnes.

*IP 2.155 (Dist. 12, c. Scit sancta.)*

---

<sup>1</sup> Diversas pro loco et tempore in una fide consuetudines non obesse *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> patriarchae CPBA; imperatori M

**224\***<sup>1</sup>*Augustinus, De catechizandis rudibus*

Natus est Christus de matre que quamvis intacta a viro<sup>2</sup> conceperit, semperque intacta permanserit, virgo concipiens, virgo pariens, virgo moriens, tamen fabro desponsata erat, omnem typhum carnalis nobilitatis extinxit.

*(cap. 22) CB Varia IC 91]*

---

<sup>1</sup> Quod mater Christi omnem typhum carnalis nobilitatis exclusit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> int. a viro CPBA; a viro int. M

**225\***

<sup>1</sup>*Responsio Adriani pape contra obiectiones quorundam<sup>2</sup>, cap. 23<sup>3</sup>*

In libro sancti Ambrosii secundo de Spiritu sancto, inter cetera. Esdras nos docuit<sup>4</sup> in tertio libro similiter.<sup>5</sup> Nec in nostris codicibus qui ex Hebraica veritate translati sunt, susceptus est tertius liber Esdre, nisi tantummodo duo.

*CB Varia IC 44]*

<sup>1</sup> Quod duo tantum libri Esdrae recipiuntur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ad K. *add. A, om.* CPM

<sup>3</sup> (cap. 7) *add. Fr*

<sup>4</sup> dicens *add.* M

<sup>5</sup> (Id ibi nusquam reperitur, verum in lib. de Tobia, cap. 20, quamquam in libello de bono mortis, ca. 10 producit testimonium ex 4 lib. Esdrae) *add.* M<sup>2</sup>

**226\***

<sup>1</sup>*Zosimus papa episcopis Narbonensis provincie*

Contra statuta patrum concedere<sup>2</sup> aliquid, vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam.

*CB Varia IB 11; Ctp 1.39.2] (25, q. 1, c. Contra statuta.)*

<sup>1</sup> Quod inconvulsa vivit antiquitas, cui sanctorum Patrum auctoritas suffragatur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> concedere CPBA; condere M

**227\***

<sup>1</sup>*Augustinus, De unitate baptismi lib. II<sup>2</sup>*

Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam Veteris quam Novi Testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit utrum verum vel utrum rectum sit quicquid in ea scriptum constiterit esse? Episcoporum autem litteras, que post confirmatum canonem vel scripte sunt vel scribuntur, et per sermonem forte sapienterem cuiuslibet in ea re peritoris, et per aliorum episcoporum graviolem auctoritatem doctioremque prudentiam, et per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate deviatum est?

*CB Varia IC 2d] Ctp 3.7.12 (Dist. 9, c. Quis nesciat.)*

<sup>1</sup> Sanctam Scripturam canonicam tam Veteris quam Novi Testamenti, certis suis terminis contineri, ita ut omnino de ea dubitari non possit; episcoporum vero litteras aliorum episcoporum auctoritate reprehendi licere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> De unitate Bapt. lib. 2 C?PBA; cap. 3 lib. II De baptismo contra Donatistas. M

**228\***

<sup>1</sup>*Augustinus ad Prosperum et Hilarium, De vita sanctorum*

Non debuit repudiari sententia libri Sapientie, qui meruit in ecclesia Christi de gradu lectorum ecclesie Christi tam longa annositate recitari, et ab omnibus Christianis, ab episcopis usque ad extremos laicos fideles, penitentes, catechumenos cum veneratione divine auctoritatis audiri. Item. Qui sententiis tractatorum instrui volunt, oportet ut istum librum<sup>2</sup> Sapientie ubi legitur, Raptus est ne malitia mutaret

<sup>1</sup> De auctoritate libri Sapientie *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ist. lib. CPBA; lib. ist. M

intellectum illius, omnibus tractoribus anteponant, quoniam sic<sup>3</sup> eum anteposuerunt etiam temporibus proximis apostolorum egregii tractatores, qui eum<sup>4</sup> testem adhibentes, nichil se adhibere nisi divinum testimonium<sup>5</sup> crediderunt. Item. Liber Sapientie qui tanta numerositate annorum legi meruit in ecclesia Christi, nullam pati debet iniuriam, quoniam resistit eis qui pro meritis hominum falluntur.

(*De predest. sanctorum, c. 14*) CB Varia IC 30] IP 2.93

---

<sup>3</sup> [sibi] *add. Fr*

<sup>4</sup> eum CPB; cum AM

<sup>5</sup> test. PVBAM; misterium CR

### 229\*

<sup>1</sup>*Responsiones*<sup>2</sup> *Adriani pape contra obiectiones quorundam ad Karolum, cap. 49*

Omnem vim venenorum<sup>3</sup> suorum in dialectica disputantes ponunt<sup>4</sup> heretici, que philosophorum sententia diffinitur, non astruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica placuit Deo salvum facere populum suum; regnum enim Dei in simplicitate fidei est non in contentione<sup>5</sup> sermonis.

CB Varia IC 48] (*Dist. 37, c. Omnem vim.*)

---

<sup>1</sup> Quod in dialectica non placuit Deo salvare populum suum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -iones CPA; -io M

<sup>3</sup> venenorum CPA; inventorum [venenorum] M

<sup>4</sup> [disputatione constituunt] *add. Fr*

<sup>5</sup> contentione CRM; contemptione PVBA

### 230\*

<sup>1</sup>*Iohannes VIII Ludovico imperatori*

Vides, fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolvitur meretur.

CB Ioh. VIII 49a; Ctp 1.63.7] (*Dist. 10, cap. Vides.*)

---

<sup>1</sup> Quod contra leges accipitur, per leges dissolvitur *add. as rubr.* M

### 231\*

<sup>1</sup>*Sexta synodus Simmachi pape*

Non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divina presumere, nec quicumque quod evangelicis, prophetis, apostolicisque<sup>2</sup> regulis obviat<sup>3</sup>, agere.

(*In 6 Synodo Romana tempore Theodorici regis*) Chartres BM 193; CSem 1.67 as Marcellinus] IP 2.141 (*Dist. 10, cap. Non licet.*)

---

<sup>1</sup> Quod non licet imperatori contra leges divinas aliquid agere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -isque PBAM; -is CRH

<sup>3</sup> obviat CPM; obviatur A

**232\***

<sup>1</sup>*Stephanus Liuthobio*<sup>2</sup> *Maguntino episcopo*

Capitula Niceni concilii testimonio Athanasii septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus. E quibus viginti in ecclesia tantum<sup>3</sup> sancta Romana habentur, sed quo neglectu reliqua defecerint ambiguum est, arbitrantur enim plurimi ea Antiocheno inserta concilio.

*IP 2.107 from viginti tantum (Dist. 16, c. Viginti.)*

<sup>1</sup> Quot sint capitula Nicaeni concilii *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Liuthobio CRP; Liutberto A; Luythobio M

<sup>3</sup> in eccl. tant. s. Rom. CPB; tant. in s. Rom. eccl. A; tant. in eccl. s. Rom. M

**233**

<sup>1</sup>*Augustinus in libro de baptismo parvulorum*<sup>2</sup>

Ubi enim de re obscurissima disputatur, non adiuvantibus divinarum scripturarum ceteris<sup>3</sup> clarisque documentis, cohibere se debet humana presumptio, nichil faciens in alteram partem declinando.

*CSem 2.8] Ctp 3.7.13*

<sup>1</sup> De re obscurissima non esse disputandum sine auctoritate divinarum Scripturarum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> contra Donatistas *add.* M

<sup>3</sup> ceteris CPB; certis M

**234**

*Item de baptismo, de consuetudine. Ut non cito iudicetur ubi res obscura fuerit*<sup>1</sup>

Qui, contempta veritate, presumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est, et malignus, quibus veritas revelatur; aut circa Deum ingratus est, inspiratione cuius ecclesia eius instruitur.<sup>2</sup> Nam Dominus in evangelio, Ego sum, inquit, veritas. Non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati.<sup>3</sup> Revelatione igitur facta veritatis cedat error veritati, quia et Petrus qui<sup>4</sup> circumcidebat cessit Paulo veritatem predicanti<sup>5</sup>. Igitur cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio et veritas semper excedit<sup>6</sup>.

*CSem 2.10a] Ctp 3.7.14; IP 2.167 from Revelatione - predicanti (Dist. 8, c. Qui contempta.)*

<sup>1</sup> Item - fuerit CP; Ut, manifestata veritate, consuetudo cedat. Ibidem, lib. III, cap. 5. M

<sup>2</sup> (Ibidem c. 6) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>3</sup> (Ibidem c. 7) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>4</sup> prius *add. Fr, om.* CPM

<sup>5</sup> (Item c. 9) *add. Fr*

<sup>6</sup> excedit CPB; excludit M

**235**

*Item idem in libro*<sup>1</sup> *IV de baptismo*<sup>2</sup>

Frustra, inquit, quidam qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a Spiritu sancto revelatum. Hoc plane verum est, quia ratio et veritas

<sup>1</sup> ilib- C

<sup>2</sup> Item - bapt. CRP; De eodem. Augustinus, cap. 4 lib. IV De baptismo M

consuetudini preponenda est; sed cum consuetudini veritas suffragatur, nichil oportet firmiter<sup>3</sup> retinere.

(cap. 5) CSem 2.10b; CB Varia 1C 4a] Ctp 3.7.15 (Dist. 8, c. Frustra.)

<sup>3</sup> op. firm. CPB; firm. op. M

## 236

<sup>1</sup>Augustinus, in<sup>2</sup> epistola<sup>3</sup> ad Vincentium

Habent etiam scripture canonice hunc arguendi morem, ut tanquam omnibus dicatur, et ad quosdam verba perveniant. Item ibi. Noli, frater, contra divina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia, colligere velle calumpnias ex episcoporum scriptis, sive nostrorum sicut Hilarii; sive, antequam pars Donati separaretur, ipsius unitatis, sicut Cipriani et Agrippini, primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab apostolo accipere. Et si quid aliter sapitis, id quoque vobis Deus revelavit<sup>4</sup>.

Ep. XCIII paras 9, 10 in CSEL 34.2. pp. 477, 480; CB Varia II 63 from para. 10 only; Noli frater] Ctp 3.7.16 (Dist. 9, cap. Noli frater.)

<sup>1</sup> Quod scripturae episcoporum ab auctoritate canonis distinguendae sunt *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> in CP; *om.* M

<sup>3</sup> 48 *add.* M

<sup>4</sup> vobis D. rev. CR<sup>2</sup>PV; nobis D. rev. R; D. rev. vobis B; D. vobis rev. M

## 237

<sup>1</sup>Augustinus in epistola<sup>2</sup> ad Fortunatianum<sup>3</sup>

Neque quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia que illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adiutorio, vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum quales volo esse intellectores meorum.

Ctp 3.7.17 (Dist. 9, c. Neque quorumlibet.)

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> in ep. *ss* C

<sup>3</sup> Aug. - Fort. CP; Epist. iii (*om. Fr*) ad Fortunatianum episcopum Sircensem. M

## 238

<sup>1</sup>Agatho papa omnibus episcopis

Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiende sunt, tanquam ipsius divini Petri voce firmate<sup>2</sup>.

CB Varia II 27] Ctp 3.8.1; IP 2.101

<sup>1</sup> Apostolicas sanctiones a Deo firmatas esse *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> sint *add.* M

## 239

<sup>1</sup>*Pelagius Valeriano patricio inter cetera*

Sic nec licuit aliquem<sup>2</sup>, nec licebit particularem synodum ad iudicandum, generalem synodum congregari. Sed quotiens aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de hoc quod non intelligitur rationem, aut sponte hi qui salutem anime sue desiderant ad apostolicas sedes pro percipienda<sup>3</sup> ratione convenient, aut si forte sicut de talibus dictum est, Peccator, cum venerit in profundum malorum, contempnit, ita obstinati et contumaces exstiterint, ut doceri non velint, eos ab eisdem apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per seculares opprimi<sup>4</sup> potestates.

*CB Varia II 47 (cf CB Pel. 46d); Ctp 1.54.29B] (Dist. 17, c. Nec licuit.)*

<sup>1</sup> Quod particularis synodus ad generalem synodum iudicandam congregari non possit *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> [forte, aliquando] *add. M*

<sup>3</sup> percipienda CP; recipienda M; [percipienda] *add. Fr*

<sup>4</sup> opprimi CP; comprimi M; [opprimi] *add. Fr*

## 240

<sup>1</sup>*Marcellus papa XXVIII a Petro in secundo decretali suo*

Synodum episcoporum absque huius sancte sedis auctoritate, quanquam quosdam episcopos possitis congregare, non potestis regulariter facere, neque illum episcopum qui hanc appellaverit sedem apostolicam dampnare, antequam hinc sententia definitiva procedat. Nam, si seculares in publicis iudiciis libellis utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hec eadem agere licet qui super illos sunt? De quibus dictum est, Ego, dixi, Dii estis, et filii excelsi omnes. Et ideo nullus episcopus, nisi in legitima synodo, suo tempore apostolica aut regulari auctoritate convocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur vel iudicetur, ne innocens dampnetur, aut perdat communionem.

*Ctp 1.29.1 med.] (Dist. 17, cap. Synodum.)*

<sup>1</sup> Non esse congregandam synodum episcoporum absque auctoritate Romanae sedis *add. as rubr. M*

## 241

*Ut bina per annum<sup>1</sup> provincialia episcoporum concilia<sup>2</sup> celebrentur, et si res difficilis emerserit nec fuerit<sup>3</sup> Thessalonicensis episcopi iudicio terminata ad Romanum episcopum referatur<sup>4</sup>, cap. 7. Leo episcopus urbis Rome Anastasio episcopo Tessalonicensi<sup>5</sup>*

De conciliis autem episcopalibus, non aliud indicimus, quam sancti patres salubriter ordinauerunt, ut scilicet bini conventus per annos singulos<sup>6</sup> habeantur, in quibus de omnibus querelis que inter diversos<sup>7</sup> ecclesie ordine nasci assolent iudicetur. Ac si forte inter ipsos qui presunt, de maioribus peccatis, quod absit, causa nascitur, que provinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius

<sup>1</sup> per annum CPB; *om. M*

<sup>2</sup> per annum *add. M, om. CPB*

<sup>3</sup> *after* episcopi R

<sup>4</sup> et si res - referatur CRP; *om. M*

<sup>5</sup> cap. 7 Leo ep. - Tess. CRVBH; Leo episcopus - cap. 7 P (Leo - Tess. *in mg.*); Leo papa I, epist. 82 M

<sup>6</sup> ann. sing. CPB; sing. ann. M

<sup>7</sup> *after corr. P*



negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, ut si coram positis patribus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem<sup>8</sup> quicquid illud est transferatur.  
*BD 1.43; Ctp 1.43.24] IP 4.13 (Dist. 18, c. De conciliis.)*

<sup>8</sup> nost. cogn. CP; cogn. *before* transferatur M

## 242

*In quinta sinodo Simmachi pape. Non esse rata concilia sine auctoritate apostolica<sup>1</sup>*

Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias quia presentiam pape non habent, valetudinem perdiderunt. Legite insanissimi, aliquando, illis preter apostolici apicis sanctionem, aliquid constitutum, et non de maioribus negotiis ad consultationem si quid occurrit, prefate sedis arbitrio fuisse servatum.

*Ctp 1.48.3] (Dist. 17, cap. Concilia.)*

<sup>1</sup> *rubr. before* *insc.* M

## 243

*<sup>1</sup>Ex concilio Chalcedonensi<sup>2</sup>*

Pervenit ad nostras aures quod in provinciis constituta episcoporum concilia minimo celebrentur, et ex hoc probatur, quod multe, que correctione opus habeant, ecclesiastice res negligantur. Statuit igitur hec ancta sinodus secundum patrum regulas bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ubi singula que emergerint corrigantur. Qui vero noluerint convenire episcopi, constituti in suis civitatibus, et hoc maxime cum sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus aliis urgentibus, et inexcusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraterne charitatis admonitionibus corripi.

*(actione decima quinta, cap. 19). Ctp 2.10.19] (Dist. 8, cap. Pervenit ad nostras.)*

<sup>1</sup> Item bis in anno celebranda esse episcoporum concilia *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Pateat per provincias bis in anno fieri concilia *add. B, om.* CP

## 244

*<sup>1</sup>Ex concilio Toletano IV<sup>2</sup>, cap. 18*

Precipit hec sancta et<sup>3</sup> universalis sinodus ut, stante priorum auctoritate canonum, que bis in anno precipit congregari concilia, consulta itineris longitudine et paupertate ecclesiarum Hispanie, semel in anno in locum quem metropolitanus elegerit, episcopi congregentur, iudices vero locorum, vel actores fiscalium patrimoniorum, ex decreto gloriosissimi Domini nostri simul cum sacerdotali concilio, aut vernali<sup>4</sup> tempore, aut die Kalendarum Novembrium, in unum conveniant, ut discant quam pie et iuste cum populis agere debeant, ne in angariis, aut in operationibus superfluis sive privatum onerent, sive fiscalem gravent. Sint etenim<sup>5</sup> perspectores<sup>6</sup> episcopi, secundum regiam admonitionem, qualiter iudices cum populis

<sup>1</sup> Ut in ecclesiis Hispaniae semel in anno propter paupertatem concilia fiant *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> IV CPBM; III *Fr*

<sup>3</sup> et CVBM; *om.* P

<sup>4</sup> [autumnali] *add. Fr*

<sup>5</sup> etenim CPBM; enim *Fr*

<sup>6</sup> [prosp.] *add. Fr*

agant, ita ut ipsos premonitos corrigant, aut insolentias eorum auribus principum innotescant. Quod si correptos emendare nequiverint, et ab ecclesia et a communione suspendant. A sacerdote vero et senioribus deliberetur quid per provincias in suo detrimento prestare debeant iudices, si ad concilium non venerint; concilium autem non solvatur nisi prius locum elegerint, quo succedenti tempore iterum ad concilium veniatur, ut iam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando concilio litteras destinare, si in priori concilio tempus omnibus denuntietur et locus.

## 245

### <sup>1</sup>*Ex concilio Toletano XI, cap. 1*

In loco benedictionis consedentes Domini sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepare, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, et, quod est deterius, obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim, ut apostolus ait, putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia iudicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta, Erit cultus iustitiae silentium. Debet ergo quicquid aut considentium consultationibus agitur, aut accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec iudicum vigorem de tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu concilii hec que premissa sunt violanda crediderit, et contra hec interdicta, aut tumultu, aut contumeliis vel risibus concilium perturbaverit, iuxta divine legis edictum quo precipitur, Eiice derisorem et exhibit cum eo iurgium, cum omni dedecore de confessione abstractus a communi cetu secedat, et trium dierum excommunicationis sententiam perferat. *Ctp 2.41.1] (5, q. 4, c. In loco benedictionis.)*

---

<sup>1</sup> Quam reverenter et composite sacerdotes Domini in iudiciis praesidere debent *add. as rubr. M*

## 246

### *Incipit ordo qualiter ab episcopo sinodus agatur*

Hora diei prima ante solis ortum eiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad unam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stabunt, et convenientes cardinales, sacerdotes pariter cum episcopo introibunt, et secundum ordinis sui tempus residebunt. Post hos ingrediantur et diaconi qui, corona facta in conspectu episcopi et sacerdotum, stent. Deinde forenses ingrediantur presbiteri, in ordine suo, procul ab aliis stantes, et ut iussi fuerint residentes. Ingrediantur quoque subdiaconi quos ad recitandum vel excipiendum congruus ordo requirit, obseratisque ianuis sedentes in diuturno silentio episcopi videlicet et sacerdotes, atque cor totum habentes ad Dominum, dicturus est archidiaconus, Orate; et tunc agatur litania. Statimque omnes incurventur tam episcopi quam presbiteri orantes diutius, tacite cum fletibus atque gemitibus. Tunc surgens episcopus cunctis<sup>1</sup> adhuc incurvatis, hanc orationem palam fundat ad Dominum.

*(Desumpta ex concilio Salegonstadiensi. Vide Isidorum M<sup>2</sup>, praefatione in collectionem canonum, et in principio conciliorum add. Fr); for 246-57 see Konzilsordines ed. Schneider Ordo 5 (Schneider collated PBV) – 240-1*

---

<sup>1</sup> *in mg. P*

## 247

*Oratio ab episcopo in sinodo dicenda<sup>1</sup>*

Adsumus, Domine sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo spiritualiter aggregati. Veni ad nos, esto nobiscum, et dignare illabi cordibus nostris. Doce nos quid agamus, quo gradiamur, et ostende quid efficere debeamus ut, te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus, et suggestor, et effector iudiciorum nostrorum qui solus cum Deo Patre et eius Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui summam diligis equitatem, ut in sinistram nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel persone corrumpat, sed iunge nos tibi efficaciter solius gratiae tuae dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemus a vero, qualiter in nomine tuo collecti sic in cunctis teneamus cum moderatione pietatis iustitiam, ut hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna.

---

<sup>1</sup> Oratio - dic. M; om. CPB

## 248

*Qua oratione finita, ab omnibus respondeatur, Amen. Rursumque dicat archidiaconus, Erigite vos<sup>1</sup>*

Confestim<sup>2</sup> surgant, et ab archidiacono legatur evangelium, Designavit Iesus et alios LXX<sup>3</sup>. Quo perlecto, cum timore et disciplina tam episcopus quam presbyteri<sup>4</sup> sedeant. Diaconus dalmatica indutus codicem canonum in medium proferens, capitula Niceni concilii perlegat, ubi de fide catholica plenius tractatur, qualiter omnes Christicole unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate fiducialiter venerari, corde credere, ore confiteri, et incessanter excolere debeant, ubi satis aperte depromitur quomodo Pater et Filius et Spiritus sanctus veraciter unus sit Deus. Deinde legatur liber officiorum, ut scire valeant quo ordine in ecclesia cuncta peragantur officia. Post hec autem perquirantur presbyteri qualiter energumenos exorcizare, qualiter scrutinia et aurium apertiones facere, vel eosdem baptizare debeant. Quibus expletis, taliter cunctos clericos alloquatur episcopus.

---

<sup>1</sup> Qua - vos *as rubr.* CPB; *in text* M; Quod Evangelium in synodo dicendum, et quae capitula sint recitanda *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> omnes *add. M, om.* CPB

<sup>3</sup> Iesus et alios LXX CPB; Dominus Iesus M; (*etc add. Fr*)

<sup>4</sup> presb. CRP; caeteri [presbyteri] M

## 249

*Admonitio<sup>1</sup>*

Precibus itaque Deo premissis, fraternitatem vestram, dilectissimi filii, cum pia exhortatione admoneo, et per divinum nomen obtestor, ut ea quae nobis de Deo, et sacris ordinibus, vel sanctis moribus dicta fuerint, cum omni pietate suscipiatis, et cum summa reverentia perficere studeatis, quatenus, superna auxiliante gratia, ea quae ad salutem nostram et Christiani populi nobis commissi pertinere videbuntur, diligenter et provide omnia tractemus, ne oves Domini nostri Iesu Christi nobis

---

<sup>1</sup> episcopi *add. M, om.* CRP

commisse, licet indigne, ob nostram pereant negligentiam, pro quibus in die iudicii rationem reddituri sumus. Deinde simili vos obtestatione coniuro vel obsecro, ut nullus vestrum in iudicando, fratrem suum aut personam accipiat, aut<sup>2</sup> quolibet favore vel munere pulsatus, a iusto iudicio scienter avertatur aut discedat, sed cum tota pietate fraterne dilectionis, et cum Dei timore libenter nobiscum adhibeatis studium, quatenus per doctrinam et sacram admonitionem peccata, errores et pravitates filiorum nostrorum, que ante nos vel tempore nostro, instigante diabolo in civitate ista vel parochiis nostris perpetrata fuerint, Dei auxiliante misericordia, ad correctionis emendationem et bonorum executionem perducere valeamus, et in extremo iudicii die non de negligentis et culpis a Domino sicut pigri et mali servi iudicemur, sed de benefactis ac recte dispositis premium eterne beatitudinis recipere mereamur. Per Dominum<sup>3</sup>.

---

<sup>2</sup> aut CPB; ut [aut] M

<sup>3</sup> etc *add.* M, *om.* CRP

## 250

### *De examinatione fidei et aliarum virtutum<sup>1</sup>*

Quibus taliter narratis, perscrutandi et inquirendi sunt cardinales, sacerdotes et levite, nec non et reliqui, videlicet de credulitate Trinitatis, et unitatis, id est de dilectione Dei et proximi; secundo de humilitate et castitate; tertio de ieiunio et oratione; quarto de elemosinarum largitate; quinto de officiis ecclesiasticis simul et omnibus cavendis vitiis et virtutibus adipiscendis.

---

<sup>1</sup> De exam. - virt. M; *om.* CRP

## 251

### *His itaque prima die<sup>1</sup> sinodali iudicio deliberatis, surgens archidiaconus dicat<sup>2</sup>*

In nomine Domini nostri Iesu Christi eamus in pace. Tunc dicat episcopus benedictionem<sup>3</sup>.

---

<sup>1</sup> die RPB; de C

<sup>2</sup> His - dicat *as rubr.* RPB; *in text M, which has rubric, Finis concilii primae diei. C treats all c 251 as rubr. to c 252*

<sup>3</sup> Tunc - ben. *as beg. of rubr. to c 252* BL

## 252

### *Tunc dicat episcopus benedictionem<sup>1</sup>*

Qui dispersos Israel congregat, ipse vos hic et ubique custodiat. Amen. Et non solum vos custodiat, sed ovium suarum idoneos custodes efficiat. Amen. Ut cum summo pastore Christo de gregum suorum pastione gaudeatis in celo. Amen. Quod ipse prestare dignetur.<sup>2</sup>

---

<sup>1</sup> Tunc - ben. *C(cf c 251)*RPB; Benedictio episcopi. M

<sup>2</sup> qui nos ante constitutionem mundi praedestinos, et ante finem saeculi iustificatos praescivit, per infinita saecula saeculorum. Amen. *add.* M

## 253

*In secunda die<sup>1</sup>*

Secunda vero die iterum<sup>2</sup> ingressi<sup>3</sup>, simulque, ut supradictum est, omnibus incurvatis, hec ab episcopo dicenda sunt<sup>4</sup>. Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium, quesumus, ut bonum quod a nobis a te requiritur, exsequamur, scilicet ut prompta tecum sollicitudine gradientes, discretionis ardue subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes, clareamus studiis tibi placite actionis. Tunc ab omnibus respondeatur, Amen.

*Surgentibusque illis legatur evangelium<sup>5</sup>*

Vos estis sal terre vel, Estote misericordes.

*Post hec per ordinem, sicut prius, in suis resideant sedibus, quos deinde alloquatur episcopus. Quibus verbis die secunda<sup>6</sup> peractis, perquirantur que in sinodo necessaria sunt, ac diligenti cura pertractentur. Hora autem sexta vel nona expleta, iterum pronuntiet archidiaconus<sup>7</sup>*

In nomine Domini nostri Iesu Christi eamus cum<sup>8</sup> pace.

<sup>1</sup> In sec. die. CRPVBR; Actio secundae diei M

<sup>2</sup> it. CPB; om. M

<sup>3</sup> -si CPM; -sis Fr

<sup>4</sup> ab ep. - sunt CRPB (PVBL have all from Secunda vero as pt. of rubr.); dicenda est ab episcopo oratio M

<sup>5</sup> Surg. - Ev. as rubr. C, as text R; Tunc ab omnibus - Ev. as rubr. P; Tunc ab omn. as rubric, Surg. - miser. as text L, all in text M

<sup>6</sup> die sec. CPB; sec. die M

<sup>7</sup> Post hec - archid. as rubr. CRPL; in text M

<sup>8</sup> cum CPB; in M

## 254

*Tunc dicat episcopus benedictionem<sup>1</sup>*

Dominus mentis et lingue corporalis et spiritualis det vobis incrementa gratie sacerdotalis. Amen. Atque vobis ad dexteram constitutis participium celestis tribuit regni<sup>2</sup>. Amen. Quod ipse prestare dignetur qui nos ante constitutionem mundi<sup>3</sup> predestinatos et ante finem iustificatos prescivit per infinita secula seculorum. Amen.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Tunc - ben. CPB; Benedictio episcopi M

<sup>2</sup> cel. reg. tr. CPB; reg. trib. cel. M

<sup>3</sup> con. mun. CP; mun. con. B

<sup>4</sup> const. mund. - Amen CPB; etc M

## 255

*Tertia deinde die omnibus, prout suprataxatum<sup>1</sup> est, expletis, ecclesiam ingressis hanc item orationem ipsis incurvatis dicat episcopus<sup>2</sup>*

Ad te, Domine, interim clamosis vocibus proclamantes, unanimiter postulamus, ut respectu gratie tue solidati, precones virtutis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui. Et respondeatur ab omnibus,

<sup>1</sup> pr. sup. CPB; sicut supradictum M

<sup>2</sup> Actio tertie diei add. M

Amen. Et surgentibus cunctis iterum legatur evangelium, Ego sum pastor bonus. Post hec per ordinem resideant in sedibus suis, quos iterum alloquatur episcopus. His taliter prelibatis, cetera que in sinodo sunt necessaria pertractentur. Quibus omnibus expletis, hanc orationem super cunctos clericos dicat episcopus.

### 256

<sup>1</sup>Nulla est, Domine, humane conscientie virtus, que inoffense possit tue voluntatis iudicia expedire. Et ideo quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, que perfecto equitatis fine a te concludere preoptamus. Te itaque in nostris principiis occurrentem exoravimus, te quoque in hoc fine iudiciorum nostrorum excessibus adesse precamur, scilicet ut ignorantie parcas, errori indulgeas, perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia traxerit nos in errorem, aut preceptis forsitan voluntas impulerit iustitiam declinare. Ob hoc te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis in hac sinodali celebritate attraximus, condonare ac remissibile facere digneris, ut qui soluturi sumus aggregatam sinodum, a cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus delictorum, qualiter et transgressores veniam, et confitentes tibi consequamur remunerationem sempiternam. Amen.

<sup>1</sup> Oratio *add. as rubr.* M

### 257

*Huic orationi oratio paterna adiungatur, et<sup>1</sup> cunctis interim incurvatis hec benedictio explicetur<sup>2</sup>*

Omnipotentis Dei Filius, qui est initium et finis complementum vobis tribuat charitatis. Amen. Et qui vos ad expletionem huius fecit pervenire sinodi, absolutos vos faciat ab omni contagione delicti. Amen. Ut ab omni reatu liberiores effecti, absoluti etiam per donum sancti Spiritus, felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illesi. Amen. Quod ipse prestare<sup>3</sup>.

*Quibus<sup>4</sup> expletis, archidiaconus dicat<sup>5</sup>*

In nomine Domini nostri Iesu Christi eamus cum pace.

*Tunc omnes pariter surgant et ad propria redeant cum pace<sup>6</sup>.*

<sup>1</sup> et CPB; *om.* M

<sup>2</sup> hec ben. expl. CPB; Benedictio episcopi et finis concilii M

<sup>3</sup> prestare PV; prestat C; p'ra're R; *om.* B; etc M

<sup>4</sup> omnibus *add.* M, *om.* CPB

<sup>5</sup> Quib. - dic. *as rubr.* RPL, *as text* CM

<sup>6</sup> *rubr.* CPL, *text* RBM

H departs from the main text entirely from after cap. 245 to the end of the book:

*Ex concilio Arelatensi secundo, cap. xviii. Ut metropolitani arbitrio synodus congregetur*  
Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus est congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus sub sancti Marini tempore legimus celebratum concilium atque conventum. Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.

*H 322b]*

*Ex eodem concilio cap. xviii Ut nuli<sup>1</sup> episcopo liceat in synodo deesse vel ante oeractam synodum discedere*

Si quis autem adesse neglexerit aut cetum fratrum antequam concilium dissolvatur crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

*ibid.]*

---

<sup>1</sup> sic H

*Qualiter concilium agatur provinciale prima, secunda et tertia die*

Sancta synodus bis in anno - tertia die sic solvatur.

Konzilsordines ed. Schneider Ordo 18, collating F. The form is largely confined to England, Normandy and the province of Lyon. In F and the Vienna and Leipzig copies the ordo is at the end of the volume, and only in H is it in the main text as here.

*Ex concilio Aurelianensi sub Childeberto cp. i. Ut unusquisque metropolitanus in provincia sua cum provincialibus suis singulis annis debeat opportuno tempore habere concilium aut officio carere per annum*

Cum provincialibus suis metropolitanus singulis annis synodale debeat opportuno tempore habere concilium. Quod si illum infirmitas aut necessitas certa tenuerit, ut ad alium constitutum locum adesse non possit, ad suam civitatem suos evocet fratres. Quod si intra biennium divinitus temporum tranquillitate concessa ammonitis comprovincialibus a metropolitano synodus indita non fuerit, metropolitanus ipse pro evocationis tarditate anno integro missas facere non presumat. Quod si evocati nulla infirmitate detenti adesse sua abusione despexerint, simili sententie subiacebunt. Qui tamen et hanc excusationem sibi noverint esse sublatam si absentiam suam divisione forti non excusaverint.

*Ut bis in anno synodus celebretur. Ex concilio Antyochoeno cp. xx*

Propter utilitates ecclesiasticas et absolutiones earum rerum que dubitationem controversiamque recipiunt, optime placuit ut per singulas quasque provincias bis in anno episcoporum concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi Paschalis, ita ut quarta septima Pentecosten conveniat synodus metropolitano provinciales episcopos ammonente. Secunda vero synodus fiat idus Octobris, id est quinto decimo die mensis Oct' quam hyperberete Greci cognominant. In ipsis autem conciliis adsint presbiteri et dyaconi et omnes qui se lesos existimant, et synodi experiantur examen. Nullis vero liceat apud se celebrare concilia preter eos quibus metropolitana iura videntur esse commissa.

*BD I. 24; cf 5.154 below*

*Quod ad communes causas ecclesie generale concilium congregatur, in privatis vero causis speciali uniuscuiusque provincie. Ex concilio Millevitano cap. viiii*

Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quotiens exegerit causa communis, id est totius Affrice, undecumque ad hanc sedem pro concilio date littere fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia ubi opportunitas persuaserit. Cause autem que communes non sunt in suis provinciis iudicentur.

*H 318a; cf below 5. 163*

*Ex eodem concilio cp. x. Ut epistolas ad concilium evocandum metropolitanus scribat et dirigat.*

Placuit etiam petitu omnium episcoporum epistolis omnibus de conciliis dandis sanctitas tua sola subscribat.

*ibid.; cf Tarrac2 7. 19*

*De episcopis qui ad concilia non occurrunt. Ex concilio Affric' cp xlili*

Quotienscumque concilium congregandum est, episcopi qui neque etate neque egritudine neque aliqua graviore necessitate impediuntur, competenter occurrant, et primatibus suarum quarumque provinciarum intimetur ut de universis episcopis vel due vel tres turme fiant, ac de singulis

quotquot electi fuerint ad diem concilii occurrant, et nisi rationem impedimenti sui reddiderint, ecclesie sue communionem debere esse contentos.  
*cf Tarrac2. 7. 16; Ctp 2.22.*